This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

N
i
160k RBS
Stack

EVRIPIDIS TRAGOEDIAE

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

RECENSVIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

AVGVSTVS SEIDLER.

VOL. III.

IPHIGENIA IN TAVRIS.

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM IVN.

MDCCCXIII.

Euripides. born at Salamis on the day ~~on the day~~ on which the army of Xerxes was defeated by the Greeks. 480 B.C. He is said to have been killed by the dogs of Archelaus, king of Macedonia, 406 B.C. — He wrote 75 tragedies, of which only 19 are extant.

EVRIPIDIS

IPHIGENIA

IN TAVRIS

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

RECENSVIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

AUGVSTVS SEIDLER.

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM IVN.

MDCCCXIII.

ASHMOLEAN MUSEUM
SIR
ARTHUR EVANS
BEQUEST
1941
OXFORD

PRAEFATIO.

Contulit ad hanc fabulam Musgravius duo Codices Mss. Bibliothecae Parisiensis et librum impressum eiusdem Bibliothecae varias Msti cuiusdam lectiones exhibentem. Codicum illorum alterum, qui in Catalogo Bibliothecae numerum praefert 2887, littera E, alterum, cuius numerus est 2888, littera G signavit, libri vero impressi excerpta nunc nominat lib. P. nunc Excerpta Puteana. Has trium librorum collationes, prius-

quam ipse Euripidis editionem curaret, communicavit cum Marklando, a quo utraque Iphigenia seorsum edita est Londini, anno MDCCLXXI. Hic quoniam diversis usus est signis, ne, quod factum nonnunquam video, libri amplius confundantur, monendum est, eosdem esse Musgravii Mstum E et Marklandi Codicem A, Musgravii Mstum G et Marklandi Codicem B, Musgravii denique Lib. P. et Marklandi Codicem C. Multo autem Musgravio diligentius varias horum librorum lectiones exsignavit Marklandus, cui ad manum fuit etiam collatio Codicis cuiusdam Oxoniensis, quem ipse hoc nomine insignivit. Equidem etiam ad hanc fabulam praeter alias vetustas editiones diligen-

ter excussi editionem Aldinam, unde quem fructum ceperim, multi loci demonstrabunt. Absoluta autem et huius fabulae et Electrae editio aliquanto prius fuisset, nisi bellici tumultus, ut tot aliis institutis, ita et huic instituto offecissent.

Quum hactenus scripsissem, totusque liber praeter ipsas ultimas paginas iam impressus esset, satis opportune, quamquam, quod iisdem temporum turbis tribuendum est, tardius, quam vellem, Monachio accepi fasciculum variarum lectionum in hanc aliasque Euripidis fabulas, quas lectiones de margine editionis Aldinae, qua Petrus Victorius quondam usus est, Thierschio meo intercedente, doctus idemque humanis-

simus iuvenis Fr. Goellerus in meam gratiam diligentissime descripsit. Contulit enim Victorius, ut primo adspectu apparet, plures Codices Mss., repertamque ibi lectionis varietatem ad exempli illius marginem manu sua adposuit. Ad nostram quidem fabulam egregios illum codices habuisse, inde patet, quod, quidquid boni e Codicibus suis Britanni et maxime Musgravius enotarunt, idem, tantum non ubique hic repraesentatum videmus. Unde, nisi insignes aliquot discrepantias animadverterem, quaedam etiam plane nova, profecto suspicarer, nihil praeter eosdem libros, quos postea Musgravius usurpavit, Victorio ad manum fuisse. Omnium autem frequentissime Victo-

rianae lectiones conspirant cum Musgravii libro P. Verum, ut dictum est, habent non solum Victorii lectiones hic illic, idque tum quoque, ubi cum Musgravii libris consentire videntur, nonnihil diversitatis, sed continent quoque bona quaedam prorsus adhuc incognita. Quo magis lectores hortari licet, ne hasce lectiones Victorianas, quas, addita, ubi res ferebat, brevi notatione, hic subiunximus, praeterire velint. Ad Argumentum quidem Victorius has variantes adscripsit:

P. 3. l. 1. ἐλθὼν deest.

L. 2. παραγενόμενος pro παρακινηθείς.

P. 4. l. 1. ἐγχωρίων pro ἐντοπίων.

Ad ipsam Fabulam has:

V. 14. Ἐλέγη μετελθεῖν.

V. 50. ἴφος ἐλείφθη pro μόνος δ' ἐλείφθη. Memorabilis variatio, in qua vereor ne lateat lectio genuina. Dedisse enim poetam puto οἷος δ' ἐλείφθη στῦλος. Vocem οἷος librarius male legerat, ut saepe isti homines ἶσος et οἷος permutarunt, teste Bastio ad Gregor. Cor. p. 345. Μόνος autem explicatoris est. Οἷος pro μόνος pariter in trimetro iambico reperies apud Nostrum Heracl. v. 743.

V. 52. καθεῖναι, φθέγμα.

V. 86. Ἄρτεμις σὺ σύγγονος.

V. 94. εἰς γῆν, ἄξεινον.

V. 110. ὄμμα σκοτεινῆς. „Hanc lectionem tamen magis pro glossa quam pro variante habeo, quam et metrum respuit. In multis enim locis huius libri, a Victorio notis marginalibus exornati, non liquet, verbum aliquod glossae an lectionis in Ms. inventae loco adscriptum sit. Post σκοτεινῆς sequuntur verba: Ὁμηρ-

νύχθ' ὑπὸ λυγαίην. Hinc mihi excerptio harum lectionum non semel sed iterum terque erat retractanda, quo rectius ubique excerpenda discernerem." GOELLER.

V. 111. τολμητέον τὸ ξεστόν.

V. 117. ἀρούμεν πάλιν.

V. 131. Ἑλλάδος τᾶς εὐκτιτου. Illud τᾶς fortasse valet γᾶς. Nam si scribas γᾶς Ἑλλάδος, priore voce ad antecedentem versum retracta, in antistropha lectio οἷαν retineri poterit.

V. 155. ἴσως· ᾧ τάσδε. „Aldus enim ὦ τάσδε." GOELLER.

V. 173. δέσποινά γ' ἐξανδάσω.

V. 174. θρήνοισι μοῦσαν.

V. 182. πταναῖς ἀλλάξας. Hoc vulgato πτανοῖς videtur praeferendum. Noster Hel. v. 1503. ὦ πταναὶ δολιχαύχενες. cf. Hippol. 734. Suppl. 620.

V. 199. πρωτόγονον Θάλος. „Θάλος notatum ut lectionis varietas, at idem in

Aldina expressum; pro θαλάμῳ autem θαλάμοι." GOELLER.

V. 200. πατρώᾳ λόβᾳ.

V. 204. ψαμάτων Αὐλ.

V. 206. ἴσως τᾶς. „Coniectura. Aldus enim τὰς." GOELLER.

V. 216. „Ad hunc versum adscriptum sub variantis signo στεναζόντων, ἀναβωώντων." GOELLER.

V. 226. „Ad βουφορβὸς adscriptum sub eodem signo βοῦς τρέφων. Mox σημαίνων τι σοι νέον." GOELLER.

V. 230. κυανέαν Συμπληγάδα.

V. 250. βοῦς ὑλοφοῤβοὺς.

V. 262. κοιλωπὸς ἀγμός.

V. 270. κἀν τῷδε πέτραν.

V. 280. οἴμοι κτείνει με.

μβ

V. 284. θανούμενοι (sic). Egregiam hanc lectionem θαμβούμενοι, quae unice nexui convenit, doleo, quod non licuit loco suo

reponere. Statim post enim isti homines haudquaquam ita se gerunt, ut qui paulo ante se *morituros* senserint. Ὡς θαμβούμενοι verte: *ut qui attoniti eramus, ut qui stupebamus.* Stupore enim profecto eos implere debebat spectaculi novitas et atrocitas.

V. 289. πέλαγος ἐξανθεῖν ἁλός.

V. 301. εὐπήνους ὑφάς.

V. 307. ἀνίεμεν πέτρους. Etiam hic anteposuissem lectionem suprascriptam πέτροις. Andromach. v. 1129. ἔβαλλον ἐκ χειρῶν πέτροις.

V. 316. αὖτις τὸ νῦν ὑπεῖκον.

V. 318. εὐτύχει βαλών.

V. 324. σφάγι' ἔπεμπέ σοι. „Eodem versu ineunte τε χερνίβας τε." Goeller. In hoc quid lateat, non perspicio.

V. 335. εἰς τὸν ὁμόφυλον. Praestat nostra lectio θοὐμόφυλον.

V. 338. δοκοῦσαν Ὀρέστην. Voluit, opinor, librarius δοκοῦσαι.

V. 350. τοῦδ' οὐκ ἀμνημονῶ.

V. 359. ἐν ἁρμάτων ὄχοις omisso δ'. Particula tamen vix potest abesse.

V. 363. κασιγνήτῃ στόμα. Suprascriptam lectionem κασιγνήτῳ non multum abest, quin pro genuina habeam.

V. 379. τὸ φαῦλον.

V. 382. ἦν οἶσυρος.

V. 385. Εὐρώπας διαμείψας.

V. 399. ἐλπὶς γένετ' ἐπὶ. „Hoc minus accurate indicari potuit, quia extremus margo, cui hoc adscriptum est, abscissus est, ita ut fortasse prima littera evanuerit.“ Goeller. Sed tum nihil esset variationis.

V. 404. κοιναὶ δόξαι.

V. 421. ἀκτὰν Ἀχιλλῆος. „Pertinens ad hanc vocem scholium adscribam: Στεφ.

Ἀχίλλειος δρόμος νῆσος κατὰ τὴν Ταυρικὴν ἔστι καὶ νῆσος Ἀχιλλεία. Hoc specimini sit, plurima scholia, huic similia, non digna esse, quibus, quum atramento perquam flavescente et obscurissimo scripta sint, oculi intendantur." GOELLER.

V. 438. δόμοις, πόλει τε πατρῴᾳ. Δόμοις haud dubie praestat. Οἴκοις reposuit aliquis, quŏ, quum in stropha utramque syllabam longam invenisset, metro timeret.

V. 446. ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλαχεν.

V. 452. ὡς καλῶς ἔχῃ.

V. 458. γεγῶσα τυγχάνεις.

V. 460. τίς οἶδ', ὅτῳ.

V. 471. οὐχ ὅστις ᾤδην. Quae lectio ob consensum librorum fortasse praeferenda erat.

V. 472. γρ. ἄνελπις.

V. 479. εἴ τι δή.

V. 483. ἐμὲν δ' οὐ.

V. 488. τί δὲ φθονεῖς τοῦτ'.

V. 494. ὦ ξέν' εἶ πεῖθεν.

V. 537. δεινῶς γὰρ ἐκ γυναικὸς.

V. 538. θανὼν.

V. 541. οὐκ ἔστι παῖς μιν.

V. 557. Hic versus πολὺς ταραγμὸς in Msto deest.

V. 558. λυπεῖται μόνον.

V. 562. ἆρ' εἰσὶν.

V. 564. σπουδοῖς, suprascripto αῖς. Noli praetervidere, lectionem σπουδοῖς ad receptam Musgravii coniecturam proxime accedere.

V. 566. ἀρεσκόντως ἔχει.

V. 576. οὔτε δυσγενὴς.

V. 577. Μυκήνας οἶσθα.

V. 586. οὐκοῦν δίκαιον. Bene, modo distractis vocibus scribatur οὐκ οὖν.

V. 588. ἀλλ' ὡς γενέσθω.

V. 592. αὐτὸς σέσωται.

V. 595. φίλοις τ' ὀρθὸς, superscripto ὀρθῶς.

V. 618. „Hunc versum ξανθῷ τ' ἐλαίῳ etiam Victorius ex Msto suo exemplo addidit." GOELLER.

V. 620. εἰς πῦρ ἐμβαλὼν σέθεν.

V. 638. ἔτι γὰρ ἀμφίλογα. Videmus igitur etiam hanc lectionem ex Msto confirmatam.

Ibid. δίδυμα μέμηνε, superscripto tamen μέμονε.

V. 651. ταῦτα δὲ φθάσας λέγεις.

V. 655. ἄμεινον ἂν μάθοις.

V. 662. „Vox νοσοῦσι deest, (nisi me fallit hoc signum ∴ *νοσοῦσι:* ad marginem ∴)." GOELLER.

V. 665. „E vocibus δι' αἰσχύνης item δι' omissum. Sic enim notatum reperitur ∴ *δι'*, ad marg. ∴." GOELLER.

V. 674. πρὸς θεῶν λήσειν, superscripto λήγειν.

V. 689. καὶ δόμους ὁρῶν πατρός.

V. 692. ὦ πόλλ' ἐνεγκὼν.

V. 701. οὐ διέφθορέν μέ πω.

V. 702. ἔστηκας φόνου.

V. 712. ὅταν τε πρὸς.

V. 715. ὁ τήνδε μέλλων.

V. 724. ναὶ deest.

V. 726. „Ms. totum hunc versum Iphigeniae iubet esse, versum autem 729. τίν' οὖν ἐπόρνυς etc. Aldus Oresti, Pyladi Ms. assignat.“ GOELLER.

V. 739. σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον.

V. 751. παιδὶ τῷ Γαμέμνονις.

V. 758. ξενοφόνους τιμὰς ἔχω.

V. 768. εἰς τήνδε δ' ὤκησ' αἶαν.

V. 771. κἀλλιστα δ' ὀμόσασ' οὐ πολὺν.
ας

V. 777. σύγγον' ἐκπεπληγμένος.

V. 793. πρῶτον Ἠλέκτρᾳ τάδε.
ας

V. 794. ἴσως· οἶδας. „Coniectura.“ GOELLER.

V. 815. ἔλιπον ἀγκάλαις: σε, „i. e. σε ad sequentem versum pertinet.“ Goeller.

V. 818. ψυχᾷ, τί φῶ;

V. 835. εἰς ἁλισίαν λέκτρων.

V. 856. αἵματι σῷ πελάσας.

V. 882. οὐδὲν μ' ἐπίσχῃ, et proxime ἀπο-στήσει λόγου.

V. 883. πρῶτον πυθέσθαι. Confirmat hoc meam de Musgravii Mstorum lectione suspicionem.

V. 888. ὁμογενὴς ἐμοῦ.

V. 900. „In margine, ait Victor., ἦπου | οὔπω.“ Goeller.

V. 917. ἐλθόντα δ' ἐκεῖσε, superscripto ἐλθὼν.

V. 920. ἐν ταυτῷ τέγει.

V. 921. σιγῇ δ' ἑτέκτηνάντ'.

V. 923. εἰς δ' ἄγγος.

V. 930. χορῆς ἄγγος.

V. 933. ἥπερ ἦν Ἐρινύων. Aldus enim ἥπερ.

V. 936. *διηρίθμησε Παλλὰς.*

V. 946. „Ad marginem *γρ. βαλὼν.* Nota, eas lectiones, quibus appictum est *γρ.* ab alia manu videri profectas esse.“ Goellkr.

V. 953. *ἀλλ', ὦ φιλη θεῖσ'.*

V. 955. *ὡς τἄμ'.* Vid. notam ad v. 956.

V. 956. *λησόμεθα θεᾶς.*

V. 957. *ἐπέζεζε.*

V. 960. *σύγγον' ἐσιδεῖν.*

V. 971. *γίγνεται καλὸν*, ut edidimus.

V. 976. *τὰ δὲ γυναικῶν ἀσθενῆ.*

V. 980. *ἥξω δέ γ', ἤνπερ.*

V. 981. *πρὸς οἶκον εἶ*, superscripto *ῆ.*

V. 987. *μήθ' ἡμᾶς θανεῖν.*

V. 989. *νόστος πρὸς οἴκους.*

V. 995. *λαβόντες ἔξω θεῖμεν.*

V. 1001. *ταῖς σαῖς ἀνίαις.*

V. 1007. *ὅσιον δώσω φόβῳ.* Corrupte.

V. 1010. *ἔτ' ἐν δόμοισι.*

V. 1011. *θίγοντος ὡς ἐρῶ.*

V. 1012. *εἶπας ἔκβολον.*

V. 1019. *λάθοιμί γε.*

V. 1050. *κοίρανος χθονός.*

V. 1062. *ἀξύνετον*, superscripto *εὐξύνετον*. Merus librarii error hanc varietatem produxit.

V. 1068. *παρὰ Δήλιον ὄχθον*, subscripto tamen *Κύνθιον*.

V. 1069. „Super *ἁβροκόμαν* hoc signum positum (∴), cui respondet idem in margine scriptum, subter ipsum vocabulum lineola ducta minio, qua verbum omissum esse significari solet.“ GOELLER.

V. 1085. *παῖδ' Ἀγαμεμνονείαν.*

V. 1087. *ζηλοῦσ' ἅταν.*

V. 1126. *ἄγαλμ' ἐν ὠλέναις.*

V. 1127. *ἐν παραστάσιν.*

V. 1129. *ὅσια γὰρ θίθωμ' ἔπος.*

V. 1136. *ἢ τὸ τῶν ξένων.*

V. 1150. *φίλτρον ἀγγέλλοντέ σοι.*

V. 1156. τοῖν ξένοιν πέρι.

V. 1203. Δηλιὰς ἐν καρποφόροις. In hoc accentus propius ad nostram lectionem accedit.

V. 1207. δειράδος εἰναλίας.

V. 1213. εὐφύλλῳ δάφνᾳ.

V. 1219. χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων.

V. 1237. ἔλιξ' ἐκ Διὸς θρόνων.

V. 1266. τῶν ξένων δρασμοῦ.

V. 1274. καὶ ψόφον πέμψας.

V. 1285. τὸν ποῖον.

V. 1286. θεὰ καθωσιώσατο.

V. 1303. κατῇδε βάρβαρα.

V. 1315. ἑστῶτας νεῶν. Videtur librarii lapsus.

V. 1316. προώρων εἶχον.

V. 1324. τίνι λόγῳ πορθεύεται.

V. 1327. ὄμαιμος, ὡς μάθῃς.

V. 1346. φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα.

V. 1352. βοή τις, ὦ γῆς.

V. 1362. εἰς δὴ δὲ πάλιν. Suspicari licet, sic potius esse in Mss. Pariss., quam ut tradunt, εἰς γῆν δὴ πάλιν. Musgravius fortasse solam vocem δὴ ad marginem sibi adnotavit, quam postea putavit variantem esse vocis δὲ, quum esset vocis γῆν.

V. 1370. γυμνὰς ἐκβαλόντες ἐπωμίδας.

V. 1374. ἄλλος δὲ, mox ἐξανῆπτεν ἀγκύρας.

V. 1387. θανῇ, πάλιν.

V. 1395. ἢ κατὰ στύφλου πέτρας.

V. 1408. „Versum τῶν νῦν παρόντων etc. Victorius ex Ms. intulit.“ Goeller.

V. 1425. ὅταν ἑορτάζῃ λεώς.

V. 1430. Βαρυρωνίας. Una littera transposita.

V. 1452. ὡς δοκεῖ θεᾷ.

V. 1454. „Animadverte, Aldinam versum praecedentem tribuere Thoanti; iam hic

versus, ἴτ' ὦ πνοαὶ etc. Apollinis, non Athenae in Ms. fuisse, indicatur." GOELLER.

Ibid. ναυσθλοῦσθε τὸν Ἀγαμέμνονος.

V. 1458. εὐδαίμονος ὄντες.

Scripsi Lipsiae, mense Augusto exeunte MDCCCXIII.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ

Η ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.



ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

Ὀρέστης κατὰ χρησμὸν ἐλθὼν εἰς Ταύρους τῆς Σκυθίας μετὰ Πυλάδου, παρακινηθεὶς, τὸ παρ' αὐτοῖς τιμώμενον τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ὑφελέσθαι προῃρεῖτο· προελθὼν δ' ἀπὸ τῆς νεὼς, καὶ φανεὶς, ὑπὸ

φανεὶς. Post hanc vocem recte interpungit Aldus, quod in quibusdam editionibus fit post ἐντοπίων, unde nata est prava interpretatio; *conspectus ab incolis.*

τῶν ἐντοπίων ἅμα τῷ φίλῳ συλληφθεὶς, ἀνήχθη κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς ἐθισμὸν, ὅπως τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ἱεροῦ σφάγιον γένωνται· τοὺς γὰρ καταπλεύσαντας ξένους ἀπέσφαττον. Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται

ἀνήχθη (— ὅπως γένωνται. Marklandus: „vel ἀνήχθησαν, quod historia, vel ἀνήχθη — ὅπως γένηται, quod lingua postulat: nisi adhibeatur syllepsis, et voces ἅμα τῷ φίλῳ ponantur post verbum ἀνήχθη." Fallitur. Ἀνήχθησαν poterat quidem dicere, sed hoc ipsum, quum proxime praecederet participium singularis, etiam fuisset insolentius. Γένωνται autem dixit, non γένηται, ne repetere cogeretur verba ἅμα τῷ φίλῳ, quae ut nimis remota utrum ad hoc quoque verbum intelligi debeant, poterat ambiguum esse. Nec magis transpositione opus est. Nam si moris erat, ut hospites Dianae immolarentur, moris etiam esse debebat, ut, quo fieri hoc posset, ad templum isti adducerentur. Barnesius, non monito lectore, haec ita mutavit: ἀνήχθη εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ὅπως αὐτῇ σφάγιον γένωνται κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς ἐθισμόν.

ἀπέσφαττον. Post hoc verbum iure Marklandus suspicatur plura excidisse. Barnesius, prout solet, lacunam οἴκοθεν explevit.

ἐν Ταύροις τῆς Σκυθίας· ὁ δὲ Χορὸς συνεστήκει ἐξ Ἑλληνίδων γυναικῶν, θεραπαινίδων τῆς Ἰφιγενείας.

*

†σφάττω = σφάζω.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΠΥΛΑΔΗΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΒΟΥΚΟΛΟΣ.
ΘΟΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΑΘΗΝΑ.

Προλογίζει δὲ ἡ Ἰφιγένεια.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ
Η ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Πέλοψ ὁ Ταντάλειος, εἰς Πίσαν μολὼν
θοαῖσιν ἵπποις, Οἰνομάου γαμεῖ κόρην,
ἐξ ἧς Ἀτρεὺς ἔβλαστεν· Ἀτρέως δὲ παῖς
Μενέλαος, Ἀγαμέμνων τε· τοῦ δ' ἔχυν ἐγὼ
τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς Ἰφιγένεια παῖς,

V. 1. *Πίσαν.* Aldus *Πίσσαν.* Marklandus: „Parum refert, utrum scribatur *Πίσσαν* vel *Πίσαν*, Istud est in Codd. Gallicis et multis editionibus: huic propugnat Steph. Byzant. et alii. Ratio diversitatis videtur fuisse, quia nonnulli ex veteribus, Pindarus et Simonides, primam corriperent. Sed *Πίσα* (in Cod. Medic. *Πείσα*, Herodot. II. 7.) prima longa, obtinuit." In Aristoph. Ran. 1252. ubi initium huius fabulae legimus, plerique libri habent *Πίσαν*, Cod. Rav. *Πείσαν*. *Πίσσαν* foedissimam mendam iudicat Brunckius, neque ego scio, quomodo apte defendi possit.

V. 3. Male Edd. quaedam post *παῖς* ponunt comma.

V. 4. Recte Schaeferus *τοῦ δ'*. Vulgo *τοὔδ'*.

ἣν ἀμφὶ δίναις, ἃς θάμ' Εὔριπος πυκναῖς
αὔραις ἑλίσσων, κυανέαν ἅλα στρέφει,
ἔσφαξεν Ἑλένης οὕνεχ', ὡς δοκεῖ, πατὴρ
Ἀρτέμιδι κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος.
ἐντεῦθα γὰρ δὴ χιλίων ναῶν στόλον
Ἑλληνικὸν συνήγαγ' Ἀγαμέμνων ἄναξ,
τὸν καλλίνικον στέφανον Ἰλίου θέλων
λαβεῖν Ἀχαιούς, τοὺς θ' ὑβρισθέντας γάμους
Ἑλένης μετελθεῖν, Μενέλεῳ χάριν φέρων.

V. 7. Apte Musgravius citat Liv. Lib. 28. c. 6. „Fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus certis reciprocat, sed temere in modum venti nunc huc nunc illuc verso mari, velut monte praecipiti devolutus torrens, rapitur. Ita nec nocte nec die quies navibus datur.“

V. 8. Aldus ἔσφαξ', sed iam Brubachius ἔσφαξεν, et uterque paulo post recte δοκεῖ, quod male quidam mutaverant in δόκει. Connectendum profecto est ὡς δοκεῖ cum ἔσφαξεν, sive post hanc vocem, quod facit Marklandus, distinxeris, sive non distinxeris.

V. 9. πτυχαῖσιν. Pleraeque editiones errore propagato πτυχαῖς. Aldus recte πτυχαῖσιν. Ceterum miror, Marklandum poetico κλειναῖς πτυχαῖσιν Αὐλίδος praetulisse pedestre κλεινῆς πτυχαῖσιν Αὐλίδος. An corrupta etiam putavit τὸ κλεινὸν πέδον Σπάρτης Hel. 57. et κλεινὰ Ἀθηνῶν ὁρίσματα Hippol. 1450.? Conf. etiam notam sequ.

V. 11. Ἑλληνικόν. Ita Marklandus et Musgrav. ex Codd. A. B. Aldus Ἑλληνικῶν. Comparat Marklandus Iph. Aul. 1266. λέκτρων ἁρπαγάς Ἑλληνικάς.

V. 14. Ἑλένης. Ita Aldus. Sed Codd. omnes Ἑλένη. Unde Marklandus emendat Ἑλένην, comparans Orest. 423. Ἐριννύες μετῆλθόν σε αἵμα μητρός, et Cyclop. 279. 280. Immo ipso hoc

[illegible]

[illegible]

15 δεινῆς δ' ἀπλοίας, πνευμάτων δ' οὐ τυγχά-
νων,
εἰς ἔμπυρ' ἦλθε, καὶ λέγει Κάλχας τάδε·
ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας,
Ἀγάμεμνον, οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσαι χθονὸς,
πρὶν ἂν κόρην σὴν Ἰφιγένειαν Ἄρτεμις

Cyclopis loco τῆς ναυίστης οἳ μετήλθεθ' ἁρπαγὰς Ἑλένης rectius utare ad vulgatam vindicandam. Nam non magis Helenam, quam, qui eam rapuerant, erant persecuturi.

V. 15. δεινῆς δ' ἀπλοίας. Aldus δεινῆς τ' ἀπλοίας. Sed δ' pro τ' Barnesius, probante Marklando, qui cum Reiskio intelligit οὔσης. Mox tamen idem addit: ἀπλοΐας, *absolute*. „Posterius, inquit Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 574., mihi ut subaudiatur, magis placet. Cf. Homericum νηυσὶ μίης Il. V. v. 523." Mihi quidem nihil horum satisfacit, sed etiam pro altero τ' repono δ', ut hic sensus sit, navigandi autem difficultatem, non ventos nactus, quasi dixerit πνευμάτων δ' οὐ τυγχάνων, δεινῆς δ' ἀπλοίας, scil. τυγχάνων. Post οὐ autem noli ponere comma, quod numeris obest. Conf. Androm. 749. χείματος ἀγρίου τυχοῦσα. Maxime autem me movet Iph. Aul. v. 88.

ἥμεσθ' ἀπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα.

Ἀπλοίας τυγχάνων idem est quod ἀπλοίᾳ χρώμενος.

V. 16. εἰς ἔμπυρ' ἦλθε. Heathius: „Holocausta consuluit, non ignem sacrum, ut male reddit P. Brumoy. Similem habes phrasin Androm. v. 1113. τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις." Cf. Barnes. ad Hel. 752. Verum ἔμπυρα h. l. positum esse puto pro μαντικήν, partem pro toto, quod aiunt. Ita Hel. v. 762. coll. Phoeniss. 961.

V. 18. Vulgo ἀφορμίσῃ. Omissum video hoc verbum in Lexicis, sed non minus probum est quam ἐξορμίζειν.

λάβῃ σφαγεῖσαν· ὅ, τι γὰρ ἐνιαυτὸς τέκοι
κάλλιστον, εὔξω φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.
παῖδ' οὖν ἐν οἴκοις σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ
τίκτει — τὸ κάλλιστεῖον εἰς ἔμ' ἀναφέρων —
ἣν χρή σε θῦσαι. καί μ' Ὀδυσσέως τέχναις
μητρὸς παρείλοντ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως.
ἐλθοῦσα δ' Αὐλίδ' ἡ τάλαιν', ὑπὲρ πυρᾶς
μεταρσία ληφθεῖσ', ἐκαινόμην ξίφει.
ἀλλ' ἐξέκλεψεν, ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου,
Ἄρτεμις Ἀχαιοῖς· διὰ δὲ λαμπρὸν αἰθέρα
πέμψασά μ', εἰς τήνδ' ᾤκισεν Ταύρων χθόνα,
ᾗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος
Θόας, ὃς, ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἴσον πτεροῖς,
εἰς τοὔνομ' ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν.
ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱέριαν τίθησί με,
ὅθ' ἐν νόμοισι, τοῖσιν ἥδεται θεὰ

V. 20. λάβῃ. Aldus et Edd. omnes λάβοι. Unus Schaeferus λάβῃ, quod necessarium videtur.

V. 21. φωσφόρῳ θεᾷ i. e. Dianae. Barnes. citat Callimachi Hymn. in Dian. v. 204. cui Musgravius addit Diotimum in Epigramm. apud Reisk. p. 51. (Brunck. Analect. I. p. 250.)

V. 28. Reiskius ἐξέκλεψέ μ'. Sed pronomen non necessarium, quum statim sequatur μου et brevi post πέμψασά μ'.

V. 35. Aldus ὅθεν νόμοισι τοῖσιν. Canterus coniecit ὅθ' ἐννόμοισι τοῖσίδ', eumque secutus est Barnesius. Sed pronomen τοῖσίδε, quod sciam, nunquam tali modo ponitur: cf. Soph. Philoct. 942. Eur. Nostr. Orest. 1127. Hel. 451. 495. Heracl. 146. Hercul. Fur. 499. Quare praetuli Reiskii et Markandi emendationem. Verte: ubi inter ritus,

Ἄρτεμις, ἑορτὴ, τοὔνομ' ἧς καλὴν μόνον
— τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, τὴν θεὸν φοβουμένη —
θύω γὰρ, ὄντος τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει,
ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἑλλὴν ἀνὴρ.
κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει
ἄρρητ' ἔσωθεν τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.
ἃ καινὰ δ' ἥκει νυξὶ φέρουσα φάσματα,
λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴ τι δὴ τοῦδ' ἔστ' ἄκος.
ἔδοξ' ἐν ὕπνῳ, τῆσδ' ἀπαλλαχθεῖσα γῆς,
οἰκεῖν ἐν Ἄργει, παρθένοισι δ' ἐν μέσαις

---

quibus delectatur dea, festum est, cuius solum nomen est pulcrum, i. e. quod nomine tantum, non re ipsa, festum est. Cf. Aeschyl. Eum. 184. οἵας ἑορτῆς ἐστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς Στέργηθρ' ἔχουσαι, de Furiis.

V. 37. Hunc versum transponendum esse monet Marklandus post. v. 41., approbante Musgravio. *Quid velit Iphigenia per τὰ ἄλλα*, inquit Marklandus, *vid. verss. 74. et 390.* At ibi nihil amplius commemoratur, quam spolia hospitum ad templum fuisse suspensa, aramque deae sanguine humano solere conspergi. Hoc cur magis Iphigenia tacere debeat, quam totum illud, caedibus humanis deam delectari, vix rationem reddideris. Immo hoc ipsum aliis huius fabulae locis, veluti v. 215. Iphigenia diserte declarat. Quare de transponendo versu vehementer dubito, cuius sensus vide ne hic esse possit. Dixerat Iphigenia, inter ceteros ritus, quibus Diana delectetur, festum esse minime pulcrum. Iam addit: de ceteris quidem istis ritibus loqui nolo, quod arcanum deae cultum sacerdotem par est celare, sed de hoc solo. Atque de hoc quidem profecto exponere poterat, ut qui in vulgus erat notus, neque ad arcanum deae cultum pertinebat.

V. 45. *παρθένοισι δ' ἐν μέσαις.* Marklandus mavult *παρθενῶσι δ' ἐν μέσοις*, quod placet

εὕδειν, χθονὸς δὲ νῶτα σεισθῆναι σάλῳ,
φεύγειν δὲ, κἄξω στᾶσα θριγκὸν εἰσιδεῖν
δόμων πιτνόντα, πᾶν δ' ἐρείψιμον στέγος
βεβλημένον πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων σταθμῶν.
μόνος δ' ἐλείφθη στῦλος, ὡς ἔδοξέ μοι,
δόμων πάτρῳων· ἐκ δ' ἐπικράνων κόμας
ξανθὰς καθεῖναι, φθέγμα δ' ἀνθρώπου λα-
βεῖν.
κἀγὼ τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω, ξενοκτόνον
τιμῶσ', ὕδραινον αὐτὸν, ὡς θανούμενον,

Musgravio. Neque ego magnopere repugno. Solebant tamen regiae virgines coetu aequalium stipari. Vid. Phoeniss. v. 1728. 1736.

V. 48. *ἐρείψιμον*. Primo adspectu valde probabiliter Reiskius et Marklandus *ἐρέψιμον*, quorum posterior citat Suid. *ξύλων ἐρεψίμων. στεγάσματά ἐστι τὼ ἐρέψιμα, εἰς τὰς οἰκίας κατατεταγμένα*, (f. *κατατεταμένα*). Adde Hesych. *ἐρέψιμον· στεγάσιμον*, (quam ultimam vocem Lexica ignorant) et Polluc. VII. 124. Sed nihil mutandum. Hesych. *ἐρίψιμα, πτώσιμα*. *Ἐρίψιμα* vitiose scriptum est, ut paulò ante *ἐρίψαι* pro *ἐρεῖψαι*.

V. 50. *στῦλος*. Ald. *στύλος* et infr. v. 57. *στύλοι*, quod alterum etiam habet Suidas *v. Εὐριπίδειον*. Emendavit Scaliger. Vitiose etiam Aldus *ἐλήφθη*.

V. 51. *ἐπικράνων*. Vid. Pors. ad Eur. Hec. 788. p. 63. ed. Lips.

V. 52. *καθεῖναι*. Ita Brodaeus. Aldus *καθεῖμαι*.

Ibid. *λαβεῖν*. Marklandus: „*vel λακεῖν*.“ Minime.

V. 54. *ὕδραινον*. Desideratur augmentum, quod hic abesse certe posse, alio loco pluribus demonstrabitur. Ab obliqua oratione ad rectam transit.

κλαίουσα· τοῦναρ δ' ὧδε συμβάλλω τόδε.
τέθνηκ' Ὀρέστης, οὗ κατηρξάμην ἐγώ.
στυγοῦσι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες·
θνήσκουσι δ', οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσί μου.
σὺδ' αὖ συνάψαι τοῦναρ εἰς φίλους ἔχω.
Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς, ὅτ' ὠλλύμην ἐγώ.

Pari modo Atossa somnium narrat in Aeschyl. Persis v. 179. seqq. Erfurdtius volebat *ὑθραίνειν*, quemadmodum emendari posse iam monuerat Musgravius Exercitt. in Eur. init., qui tamen ipse huic emendationi non multum tribuit.

V. 58. Canterus et Scaliger, quos recentiores secuti sunt, *οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί*. Ald. *ὡς ἂν χέρνιβες βάλωσί με*. Postremum *με* malui mutare in *μου*. Ita Noster Electr. 870.

φέρ' οἷα δὴ 'γὼ καὶ δόμοι κεύθουσί μου.

V. 59. Ald. *οὐ δ' αὖ* et *τοὔναρ*, quod posterius hic, ut v. 55., recepimus. Vulgo *τοὖναρ*.

V. 60. Marklandus: „Prave argumentatur. Non ita, si scripsisset *Στροφίῳ γε παῖς οὐκ ἦν* etc. *Strophio saltem filius non erat* etc. Casune an consilio factum hoc? Consilio, ut mihi videtur, si *γὰρ* erat ab Euripide. Vid. ad v. 477 et 658." Putat enim Marklandus, Euripidem, ut *μισογύναιον*, mulieres interdum consulto inepta loqui facere. Eodem modo infra ad v. 940. odium suum in Argivos poetam opinatur explevisse, ut Orestem puerilia garrire faceret. At quale hoc est! Omitto virum doctissimum refutare. Nostrum locum quod attinet, Iphigenia sibimet ipsa obiicit, *at fortasse hoc somnium spectat ad propinquos meos. Non est*, inquit, *de propinquis meis equidem somnium non possum explicare, nam qui solus ex propinquis meis filium habere posset, Strophius, is certe tum, quum ego perirem, nondum habebat.* Ac vere sic argumentatur, nam Menelaus neque habebat tunc filium, neque, si habuisset, ab Iphigenia curabatur.

νῦν οὖν ἀδελφῷ βούλομαι δοῦναι χοὰς
παροῦσ' ἀπόντι· ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἄν,
σὺν προσπόλοισιν, ἃς ἔδωχ' ἡμῖν ἄναξ
Ἑλληνίδας γυναῖκας. ἀλλ' ἐξ αἰτίας
οὔπω τινὸς πάρεισιν ἐς ἔμ' ἔσω δόμων,
ἐν οἷσι ναίω, τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὁρῶ· σκοποῦμαι δ', ὄμμα πανταχοῦ στρέφων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ' εἶναι θεᾶς,
ἔνθ' Ἀργόθεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔμοιγ', Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ βωμὸς, Ἕλλην οὐ καταστάζει φόνος;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ' ἔχει τροχώματα.

V. 62. *παροῦσ' ἀπόντι.* Ita bene Canterus. Aldus *παροῦσα παντί.*

V. 65. *τινος.* Ita emendandum monuit Marklandus. Aldus et Edd. *τινὸς.*

V. 70. *ἔνθ' Ἀργ.* — *ἐστείλαμεν.* Non *ubi advenimus*, sed *quo tetendimus, ubi appellere consilium fuit.*

V. 73. *τροχώματα.* Libri *τριχώματα.* Heathius et Ruhnkenius coniiciunt *θριγκώματα*, quod nimis a libris recedit, Musgravius *τοιχώματα*, vocabulum auctoritate carens, nimisque h. l. laxum. Melius Marklandus *τριγχώματα*, quod *τριγχὺς* et *θριγκὸς*,

σκῦλον. spoil, booty.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τῶν κατθανόντων τἀκροθίνια ξένων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' ἐγκυκλοῦντ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών.

τρίγχωμα et θρίγκωμὰ idem valeant. Sed quis credet, poetam in proximo statim versu alia orthographia usum esse? Euripidis manum restituisse mihi videor. Etymologicum M. p. 455. 52. θριγκῷ, τῷ τροχώματι· παρὰ τὸ θρίξαι· ὁ περιτρέχων κυκλόθεν οἷον στέφανος. θριγκὸς οὖν τὸ ἀνώτατον τῆς τοῦ τοίχου οἰκοδομήσεως, καὶ ὁ ὑπὸ τὸν κλινόποδα τοῦ τοίχου τόπος· καὶ ἡ στεφάνη, etc. Hesych. τροχὸς, περιβόλαιον, τεῖχος, ubi cf. Interpp. Fortasse rectius scribitur περιβόλαιον τείχους. Apud eundem enim θριγκὸς, ἡ στεφάνη τοῦ τείχους, περίφραγμα, ὡς περίβολος. Emendationem Euripidis istam etiam Schaefero meo non displicuisse video in Indic. Graec. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 677.

V. 74. Marklandus θριγκοῖς. Aldus et ceterae Edd. θριγκοῖς. Ceterum nescio, quid Musgravio displiceat in voce αὐτοῖς, quam mutatam vult in αὐλῆς.

V. 76. Bene Reiskius sensit, hunc versum Oresti minime convenire, quem par erat incipere ab istis ὦ Φοῖβε etc. Atque etiam illud plurimum habet offensionis, quod v. 69. Orestes duos versus habet, qui ex poetae more unum tantummodo habere debebat. Hinc valde probabilis est Hermanni sententia, qui non modo personas hic confusas censet, sed etiam versum unum loco suo motum. Instituit ille colloquium sic:

Ὀρ. ὅρα, φυλάσσου, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.
Πυλ. ὁρῶ, σκοποῦμαι δ', ὄμμα πανταχῇ στέφων.

ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' αὖ τήνδ' ἐς ἄρκυν ἤγαγες
χρήσας, ἐπειδὴ πατρὸς αἷμ' ἐτισάμην,
μητέρα κατακτάς; διαδοχαῖς δ' Ἐρινύων
ἠλαυνόμεσθα, φυγάδες, ἔξεδροι χθονὸς,
δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.
ἐλθὼν δέ σ' ἠρώτησα, πῶς τροχηλάτου
μανίας ἂν ἔλθοιμ' εἰς τέλος, πόνων τ' ἐμῶν,
[οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα.]

Ὀρ. Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ' εἶναι θεᾶς —
Πυλ. ἐμοίγ', Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.
Ὀρ. ἔνθ' Ἀργόθεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν;
Πυλ. καὶ βωμὸς, Ἕλλην οὖ καταστάζει φόνος.
Ὀρ. ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ' ἔχει τροχώματα.
Πυλ. θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα;
Ὀρ. τῶν κατθανόντων γ' ἀκροθίνια ξένων.
Πυλ. ἀλλ' ἐγκυκλοῦνθ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών.
Ὀρ. ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' αὖ etc.

V. 78. Vulgo post χρήσας interrogationis signum ponunt et v. seq. post κατακτὰς comma, orationem proximis adiungentes. Hoc modo constructio turbatur, quam diversis coniecturis sublevare conantur Marklandus et Musgravius. Si Aldum inspexissent viri doctissimi, vidissent, locum ab interpunctione laborare, quam vel sine Aldo non difficile erat corrigere. Nam post χρήσας Aldus comma habet, et post κατακτὰς punctum. Puncti loco interrogationis notam posuimus, nisi quis praeferat notam exclamationis.

V. 84. οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα. „Hic Iambus, iisdem omnibus verbis, legitur infra vers. 1454. unde, opinor, huc translatus fuit: ibi enim est omnino necessarius; hic nihil agere videtur, quare uncinis eum inclusi.“ Marklandus. Ferri hic eo minus hic versus potest, quod paulo ante praecessit δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.

ἀρκυς, υος, a net

καμπιμος. winding bending. fr. καμπ
a bending. th. καμπτω. [illegible]

περιπολαω. to round. travel about

σὺ δ' εἶπας ἐλθεῖν Ταυρικῆς μ' ὄρους χθονός,
ἔνθ' Ἄρτεμις, σὴ σύγγονος, βωμοὺς ἔχει,
λαβεῖν τ' ἄγαλμα θεᾶς, ὅ φασιν ἐνθάδε
εἰς τοὐσδε ναοὺς οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο·
λαβόντα δ' ἢ τέχναισιν, ἢ τύχῃ τινὶ,
κίνδυνον ἐκπλήσαντ', Ἀθηναίων χθονὶ
δοῦναι τόδ'· ἐνθένδ' οὔδὲν ἐρρήθη πέρα·
καὶ ταῦτα δράσαντ' ἄμπνοὰς ἕξειν πόνων.
ἦκω δὲ, πειθθεὶς σοῖς λόγοισιν, ἐνθάδε,
ἄγνωστον εἰς γῆν, ἄξενον. σὲ δ' ἱστορῶ,
Πυλάδη· σὺ γάρ μοι τοῦδε συλλήπτωρ πόνου·

V. 85. εἶπας. Recte Barnesius explicat ἐκέλευσας comparans Hec. 554. et Iphig. Aul. 95.

V. 87. Pro ἐνθάδε Marklandus mavult οἰ'νθάδε. Non opus.

V. 91. Male Marklandus distinctionem poni vult non post τόδ', sed post ἐνθένδ'. Ἐνθένδε h. l. est *praeterea*. Troad. 931. τὸν ἐνθένδ' ὡς ἔχει σπεῖραι λόγον, i. e. reliquam rem. Electr. 618. σὺ δὴ τοὐνθένδε βούλευσον, i. e. quod reliquum est. Suppl. 1109. μῦθος οὐντεῦθεν, sermo secuturus. In fine Brodaeus aliqua recte coniecerunt πέρα pro vulgato πέρας.

V. 92. καὶ ταῦτα. Statim ante *nihil praeterea dictum esse* refert, et iam tamen addit aliquid, quod praetereа dictum sit. Hinc coniicias, Euripidem scripsisse:

ἐνθένδ' οὐδὲν ἐρρήθη πέρα,
ἢ ταῦτα δράσαντ' ἄμπνοὰς ἕξειν πόνων.

Sed nihil mutandum. Ἐρρήθη explica *mandatum est*, ut supra v. 85. εἶπας habuimus pro ἐκέλευσας. *Praeter haec nihil mandatum est, et haec illa esse, quae si fecissem, habiturus essem laborum requiem.*

τί δρῶμεν; ἀμφίβληστρα γὰρ τοίχων ὁρᾷς
ὑψηλά· πότερα δωμάτων πρὸς ἀμβάσεις
ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν;
ἢ χαλκότευκτα κλῆθρα λύσαντες μοχλοῖς;
ὧν οὐδὲν ἴσμεν· ἢν δ' ἀνοίγοντες πύλας

V. 97. seqq. Iure hoc loco interpretes haeserunt. Nam quid sibi volunt illa, *πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν?* Legi quidem plerique volunt *λάθοιμεν ἄν*, sed eo non multum lucramur. Nam non minus offendunt ista paulo post, *ὧν οὐδὲν ἴσμεν* v. 100. Ieiuna est Marklandi explicatio: „*eane claustra, de quibus nihil novimus? quae quomodo obfirmentur et quo pacto aperienda sint, nihil omnino scimus.*“ Facile apparet, copulanda esse *πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν, ὧν οὐδὲν ἴσμεν.* Sed quid interpositus ille versus? Talia interposita non nisi summa animi concitatio poterit excusare. Quare transponendus videtur versus hoc modo:

πότερα δωμάτων πρὸς ἀμβάσεις,
ἢ χαλκότευκτα κλῆθρα λύσαντες μοχλοῖς,
ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν,
ὧν οὐδὲν ἴσμεν;

δωμάτων ἀμβάσεις occasiones intelligo, ubi *ἀμβατόν ἐστι δῶμα*, veluti, foramina intra intercolumnia, quae paulo post v. 113. Pylades commemorat. *Ἐκβησόμεσθα* dixit ob praegressum *πρὸς ἀμβάσεις*, nam ad *κλῆθρα λύσαντες* magis accommodatum fuisset *εἰσβησόμεσθα*, (sic *κλήθρων ἐξόρμα* Iph. Aul. 148.) sed hoc ipsum isto *ἐκβησόμεσθα* quodammodo continetur. Extrema intelligo sic: Quomodo igitur explorabimus, quod nondum scimus, scilicet, ubi dea simulacrum sit et qua tandem via eo potiri possimus? Ceterum *πῶς ἄρ' οὖν*, quod unus Cod. C. habet, iniuria Marklandus et Musgravius praetulerunt. Post *πῶς ἂν* saepe Euripides *ἂν* repetit ad verbum, ut Electr. v. 538.

(κακιστεον ?) κακιζω. to upbraid, rep

λυγαιος. Dark, obscure. th λυγ
darkness.

ληφθῶμεν, εἰσβάσεις τε μηχανώμενοι,
θανούμεθ'. ἀλλὰ πρὶν θανεῖν, νεὼς ἔπι
φεύγωμεν, ἧπερ δεῦρ' ἐναυστολήσαμεν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

φεύγειν μὲν οὐκ ἄνεκτὸν, οὐδ' εἰώθαμεν·
τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν οὐ κακιστέον.
ναοῦ δ' ἀπαλλαχθέντε, κρύψωμεν δέμας
κατ' ἄντρ', ἃ πόντος νοτίδι διακλύζει μέλας,
νεὼς ἄπωθεν, μή τις, εἰσιδὼν σκάφος,
βασιλεῦσιν εἴπῃ, κἄτα ληφθῶμεν βίᾳ.
ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ,

V. 101. Aldus *εἰς βάσεις* divisim. Sed iam Brubach. *εἰσβάσεις*.

V. 105. *οὐ κακιστέον*, i. e. non contemnendum, non contumelia afficiendum est dei oraculum. Contumelia enim erat, si oraculo diffidentes fugiebant. Mirum, Marklandum et Musgravium haec non cepisse, quorum ille *οὐκ ἀπιστέον*, alter *οὐ λακτιστέον* vult reponi.

V. 108. Musgravius loci sensum non perspiciens corrigit:

πόλεως ἄπωθεν, μή τις εἰσιδὼν σκοπός.

In navis vicinia hanc ob causam commorari nolebant, quod, si conspecta esset illa, probabile erat, vicinos potissimum locos Thracas perquisituros esse ad hospites, qui advecti essent, inveniendos.

V. 110. *νυκτὸς ὄμμα λυγαίας*. Hanc dictionem nemo interpretum explicuit. Musgravius coniicit *ἄρμα* pro *ὄμμα*. Non fecisset, si meminisset Aeschyl. Pers. 426.

ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο.

Ὄμμα dici pro *φῶς* satis notum est. *Ὄμμα νυκτὸς* igitur antiphrasis est, *lux, qualem nox habet*, i. e. *nulla lux, tenebrae*. Ipse Noster explicat Phoeniss. 546. *νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον*. Plura huius generis exempla collegimus ad Troad. v. 566.

τολμητέον τοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν
ἄγαλμα, πάσας προσφέροντε μηχανάς.
ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων, ὅπου κενὸν
δέμας καθεῖναι· τοὺς πόνους γὰρ ἆγαθοὶ
τολμῶσι· δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν αὐδάμου.
οὗτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον,
ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἀρούμεν πάλιν;

V. 112. προσφέροντε. „Ita uterque Ms. et P. Vulgo προσφέροντα." Musgrav.

V. 113. ὅρα. Musgravii Ms. E. ὥρα.

Ibid. „ὅπου κενὸν, δέμας καθεῖναι. Ita distinxi post alios: non κενὸν δέμας. Clarius nonnullis fuisset, εἶπου κενὸν, si quą vacuitas. Sed vid. Dorvill. ad Charit. p. 119." Marklandus. Comma post κενὸν melius abest. Intellige sic: ὅπου δέμας καθεῖναι κενόν ἐστι, i. e. ὅπου κενόν ἐστι, ὥστε ἐνταυθοῖ δέμας καθεῖναι. Porsonus ad Hec. 1070. non recte explicare videtur ἐκεῖσε ὅπου. Paulo post v. 119. supplendum quidem ἐκεῖσε, sed ὅπου vim suam retinet, *in quem locum*.

V. 114. ἆγαθοὶ cum Porsono scripsi. Vulgo οἱ ἀγαθοί.

V. 116. seq. Recte Marklandus aliique viderunt, hunc utrumque versum contra libros, qui cum proximis Oresti assignant, Pyladi adhuc tribuendum esse. Sed quod post πάλιν versum excidisse Marklandus putat ad hunc sensum:

τῶνδ' οὔτι πράξανθ', ὧν χάριν δεῦρ' ἥκομεν,

in eo vir doctissimus non minus fallitur, quam quod οὗτοι initio sententiae interrogationem excludere censet. Nostrates: wir haben doch nicht den langen Weg gemacht, und wollen am Ziele wieder umkehren? Nam verba ἐκ τερμάτων male reddunt *ex istis finibus*, quae significant *a meta*, quam scilicet paene attigerant. Retinebimus igitur interrogationis signum post πάλιν, quod Aldus offert.

V. 117. ἀρούμεν. Ita Codd. collati omnes. Recte. Vid. Porson. ad Eur. Med. 848. Ald. ἄραμεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ', εὖ γὰρ εἶπας, πειστέον· χωρεῖν χρεών,
ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας·
οὐ γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' αἴτιον γενήσεται,
πεσεῖν ἄχρηστον θέσφατον. κολμητέον·
μόχθος γὰρ οὐδεὶς τοῖς νέοις σκῆψιν φέρει.

V. 118. *χωρεῖν χρεών.* Ita emendavit Scaliger. Ald. *χώρει νεκρῶν.* Comparat Marklandus Nostr. Electr. 393. Brubachiana habet *χώρει ὁρῶν*, haud dubie ex alicuius emendatione, quae saltem esse debebat *χώρει δ' ὁρῶν.*

V. 119. Vid. supra ad v. 113.

V. 120. Heathius coniicit *αἴτιος γενήσομαι*, Musgravius *ἄρτιον γενήσεται*, Marklandus locum se negat intelligere. Sententiae sic cohaerent: Eundum est, ubi corpus occultantes latebimus, deus enim nobiscum erit, nec committet, ut ipse in causa sit, cur irritum oraculum cadat, sive brevius: nos nostra faciemus, deus faciet sua. Nam *τὸ τοῦ θεοῦ* i. e. *θεός*. Mutatione igitur nihil opus.

V. 122. *σκῆψιν.* Heathius: „*excusationem, detrectandi praetextum.*“

Carmen, quod sequitur, spondiaco – anapaesticum ex corruptissimis est et difficillimis, in quo emendando multum operae viri docti posuerunt. Nec pauca ab iis feliciter emendata sunt. Plura tamen adhuc vitia resident, quorum aliquot, nisi meliores libros nanciscamur, certa manu vix unquam poterunt corrigi. Antistrophicum esse carmen, ut solent anapaesti spondiaci, vel uni versus 186. et 209. qui soli anapaesticum numerum non habent, rei metricae perito facile persuadebunt. Sed systematis antistrophici indagatio res non nullius laboris fuit, tum ob carminis tantis tenebris involuti longitudinem, tum quod, ut monitum est ad Troad. v. 98., minima huius generis versuum sunt discrimina. Persuasum autem mihi est, poetam hanc systematis formam secutum esse:

στροφὴ ά.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Εὐφαμεῖτ', ὦ



Fidem huic systemati maxime facient haec. Primum, ut iustum stropharum personarumque ordinem taceam, singulae strophae aptissimos ut metro ita sententiae habent terminos. Deinde de responsione stropharum έ nullus dubitationi locus relinquitur ob versus 186. et 209., quorum paulo ante mentionem fecimus. Praeterea strophas δ' sibi respondisse, haud obscure testatur Hesychius, vocem ἀντιψαλμοὺς v. 171. explicans ἀντιστρόφους. Responsionem denique stropharum γ' ambiguam esse non sinit continuorum paroemiacorum multitudo, qualem nusquam alias in toto carmine, nisi liberius quaedam mutaveris, reperimus. Has autem tres strophas qui respondere sibi concesserit, totum systema concesserit. Continent enim totius aedificii fundamentum. His tamen argumentis si quis nihilominus diffidat, nimis multa mutanda esse existimans, is praeter carminis longitudinem secum perpendat velim, plurimas emendationes non tam ob antistrophicam, quam omnino ob metri anapaestici rationem, multas etiam ob ipsum sensum esse necessarias. Nam si longus esse vellem nec aequi lectoris iudicio relinquendum aliquid putarem, haud difficile esset demonstrare, mutationes ob solam antistrophicam dispositionem factas et paucissimas esse et faciliores, ceteros vero locos omnes, in quibus a libris discedendum est, ob alias causas mutationem flagitare, sive eam, quam nos proposuimus, sive aliam quamcumque. Postremo periculum faciat aliquis, utrum alia ratione antistrophas reducere possit: brevi, opinor, quamcumque viam ingrediatur, innumeris se difficultatibus sentiet implicitum.

ἔ ἔ, ἐν κηδείοις οἴκτοις,
αἵ μοι συμβαίνουσ' ἄταί,
σύγγονον ἀμὸν κατακλαιομένα
ζωᾶς, ἂν ἰδόμαν ὄψιν [ὀνείρων]
νυκτὸς, τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα.
ὠλόμαν, ὀλόμαν· σὺν εἴσ' οἴκοι
πατρῷοί μοι, φροῦδος γέννα.

V. 145. Vulgo οἴκτοισιν contra metrum.

V. 146. αἵ. Si vera lectio est, relativum spectat simul ad κηδείοις οἴκτοις, ut in Soph. Electr. 203. ὦ δείπνων ἀῤῥήτων ἔκπαγλ' ἄχθη, τοὺς ἐμοὺς ἴδε πατὴρ θανάτους αἰκείς. Vide tamen ad v. 148.

V. 147. Aldus ἄμὸν.

V. 148. ἂν. Ita dedimus pro οἵαν ob metrum strophici versus, nisi tamen in strophico post πέμπω excidit θεᾶς, quam vocem saepe a librariis negligi, satis notum est. In fine versus vocem ὀνείρων uncis inclusimus, quod metrum hac voce abundat. Per se quidem ὄψις ὀνείρων bonum est, sed quum proxime sequatur νυκτὸς, genitivo isto facile caremus. Ad ὄψιν, opinor, adscripserat aliquis ὄνειρον, quod ubi semel in textum admissum est, non potuit non in ὀνείρων mutari. Cf. not. ad v. 1243. Sed fortasse tamen totum locum Euripides sic scripsit:

ἆ συμβαίνουσ' ἄταί, σύγγονον
ἀμὸν κατακλαιομένα ζωᾶς,
ἂν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων.

Soph. Electr. 261. ἦ πρῶτα μὲν τὰ μητρὸς, ἦ μ' ἐγείνατο, ἔχθιστα συμβέβηκεν. Illud ἆ facile explicari poterat per ἐμοί. Hanc rationem si probaveris, in stropha v. 128. scribe χρυσήρεις εἰς θρηίκους.

V. 150. Pravam lectionem ὠλόμαν, ὠλόμαν correxerunt Heathius et alii.

V. 151. Expunximus diphthongum οι male repetitam. Legitur enim πατρῷοι οἵμοι. Corripitur

φεῦ, φεῦ τῶν Ἄργει μόχθων.

στροφὴ γ'.

ἰὼ ἰὼ δαίμων, ὃς τὸν
μοῦνόν μὲ κασίγνητον συλᾷς,
Ἄιδα πέμψας, ᾧ τάσδε χοὰς
μέλλω κρατῆρά τε τὸν φθιμένων
ὑδραίνειν γαίας ἐν νώτοις,
πηγάς τ' οὐρείων μόσχων,
Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβάς,
ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν,

---

autem media in *πατρῷοι*, ut infra 178. et saepius alibi.

V. 153. Secuti sumus Heathium. Vulgo:

ἰὼ δαῖμον, ὃς τὸν
μόνον μέ κασίγνητον συλᾷς.

Multo deterius est Marklandi *τόνδε μόνον*. Potuit tamen Euripides scribere:

ὦ δαῖμον, ὃ τὸν
μοῦνόν etc.

Ita Hippol. 525. *ἔρως, ἔρως, ὃ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον.*

V. 155. *Ἄιδα*. Aldus *ἀΐδα*, reliqui *ἄϊδα*. Sed contractam formam etiam hic praeposui, quod illâ necessario reponenda est paulo post v. 163.

V. 158. Ante *μόσχων* libri addunt *ἐκ*, quod ab explicatore profectum videtur. In antistropha enim paroemiacus est. Ac si accurate rem perpendimus, concinnius coniunguntur *πηγαὶ μόσχων*, *λοιβαὶ Βάκχου*, *πόνημα μελισσᾶν*. Illud etiam concinnius est, si harum rerum ad libationem pertinentium una quaevis eosdem numeros sortiatur. *Πηγὰς μόσχων* recte explicant *lac*, citantes Nostri Orest. 115. seqq. Ceterum hoc loco non debebam uti de Verss. Dochm. p. 308.

ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται.
ἀλλ' ἔνδος μοι πάγχρυσον
τεῦχος καὶ λοιβὰν Ἄιδα.

στροφὴ δ'.

ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνιον
θάλος, ὡς φθιμένῳ τάδε σοι πέμπω· 170
δέξαι δ' οὐ γὰρ πρὸς τύμβον σοι
ξανθὰν χαίταν, οὐ δάκρυ' οἴσω.
τηλόσε γὰρ δὴ σᾶς ἀπενάσθην 175
πατρίδος καὶ ἐμᾶς, ἔνθ' ἃ δοκίμα

V. 161. *κεῖται*. Male vulgo *κεῖτ'*. Quae horum antistrophica existimat Erfurdtius mens ad Soph. Aiac. v. 190. p. 516. ea ego certe nunquam his putavi respondere, quamvis locum istum ita, ut Erfurdtius refert, olim emendatum voluerim.

V. 163. *Ἄιδα*. Aldus *Ἄϊδα*, ceterae edd. *Ἄϊδα*, quod utrumque bonum. Reposui autem formam disyllabam, quae in catalexi certe elegantior est. Soph. Electr. v. 216. scribendum *αἰκῶς*. Vid. de Verss. Dochm. p. 404. not.

V. 164. *Ἀγαμεμνόνιον*. Ita Marklandus. Aldus *Ἀγαμεμνόνειον*.

V. 166. *πρὸς τύμβον*. Ita emendant plerique. Vulgo *πάρος τύμβου*. Possis etiam *παρὰ τύμβῳ*.

V. 169. *καὶ ἐμᾶς*. Ita Nostri Electr. 880. *ὃς σὸν πατέρα κἀμὸν ὤλεσεν*, et saepe alibi. Aldus *κἐμᾶς*. Musgravius, qui proponit *κἀμᾶς*, iure reiicit mirum illud Brodaei *κεμὰς*, quod ab editoribus aliquot receptum est.

φιλόπλουτον ἄμιλλαν
αὔξοντες μελάθροισιν.
φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ
πήμασι βροτῶν ἄπληστος ἀνθρώποις, 415
ὄλβου βάρος οἳ φέρονται
πλάνητες ἐπ' οἶδμα
πόλεις τε βαρβάρους περῶντες.
ξενόδοξοι·

V. 397. φιλόπλουτον ἄμιλλαν αὔξοντες. Αὔξοντες potest explicari εἰς μέγα τρέφοντες, *immodicum divitiarum studium alentes*, ut μελάθροισιν dativus sit commodi. Nisi potius sententia haec est: πλοῦτον μελάθροις σὺν ἀμίλλᾳ αὔξοντες, quam, ut solet nonnumquam, paulo insolentius expresserit. Cf. supra ad v. 214.

V. 399. ἐγένετ'. Codd. Pariss. omnes γένετ'. Sed Aldi lectio praestat, ex qua ultima versus longa in duas breves soluta est. Numeri enim cum proximis cohaerent.

V. 400. Post βροτῶν, ut paulo ante post ἐγένετ', cum Aldo commata omisi.

V. 401. ὄλβου βάρος οἳ φέρ. Musgravius: „qui divitiarum onus reportant. Idem usus vocis φέρονται apud Nicandrum in initio Theriacorum:

χὴν ἀπὸ Θρηϊκίου νομέες ποταμοῖο φέρονται.

Ὄλβου βάρος illustrari posset ex Electr. v. 1287. (Barnes.) Soph. Aj. v. 130." Vulgo post βάρος interpungunt.

V. 402. ἐπ'. Haec praepositio, quam Aldus et antiquissimae editiones exhibent, typographi, opinor, vitio in edit. Aem. Porti aliisque desideratur. Apte Marklandus comparat Platon. de Republ. II. τοὺς δὲ πλάνητας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους (καλοῦμεν).

V. 404. ξενόδοξοι. Sic emendant Heathius, Marklandus, Musgravius. Aldus ξοιναὶ δόξαι. Stiblini et Canteri coniecturam ξεναὶ δόξαι refert Musgravii Ms. E. et in P. superscribitur.

γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλ-
βου, τοῖσδ' εἰς μέσον ἥκει.

στροφὴ β'.

πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας,
πῶς Φινείδας

V. 405. Pro ἄκαιρος legendum puto ἄκηρος, quod idem sit quod ἀκήριος, explicatum a Grammaticis ἄνοσος, ὑγιὴς, ἀβλαβὴς, ἄφθαρτος. Ita duplici forma dicimus ἄτηρὸς et ἀτήριος, vid. Brunck. ad Soph. Antig. 4. ἐπίκηρος et ἐπικήριος. Ἄκηρος firmatur etiam superlativo ἀκηρότατος, vid. Wyttenbach. Bibl. Crit. II 2. p. 54. cuius mentem parum accurate expressit Schneiderus in Lexico. Ludit autem poeta in verbo ὄλβος et divitias significante et felicitatem. Paulo ante eos, qui divitias anxie conquirant, κενοδόξους dixit, quippe qui felicitatem quaerant ex re, in qua per se non insit. Iam addit, his potius, quibus mens est illibata et incorrupta a divitiis (ἄκηρος ὄλβου), i. e. qui immunes sunt ab illo morbo, quo divitiarum causa homines laborare solent, his felicitas (ὄλβος) in medium venit, hi verè sunt ὄλβιοι. Cf. Aeschyl. Eum. 532. ἐκ δ' ὑγιείας φρενῶν ὃ πᾶσι φίλος καὶ πολύευκτος ὄλβος. Particula μὲν spectat ad suppressam sententiam, ἐκείνοις δὲ οὔ. Possis etiam in eandem fere sententiam coniicere ἄκληρος. Εἰς μέσον ἥκειν dicuntur ea, quae praesto sunt, quorum nobis fit copia, plane ut Latinorum in medium venire et in medio esse, ut Terent. Adelph. III. 4. 33. Hermannus vulgatam explicari quodammodo posse putat sic: sententia aliis est non tenens modum in divitiis, aliis autem moderata. In qua explicatione sunt quae me offendant.

V. 408. Φινείδας. Vid. ad Troad. v. 249. coll. Rhes. 906. Οἰνείδας. — Barnesius: „Designat regna Phinei regis, de quo vide Apollon. Rhod.

ἀΰπνους ἀκτὰς ἐπέρα-
σαν παρ' ἅλιον αἰγιαλὸν
ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ δραμόντες;
(ὅπου πεντήκοντα κορᾶν
τῶν Νηρήδων χοροὶ
μέλπουσιν ἐγκύκλιοι)
καὶ πλησιστίοισι πνοαῖς,
συριζόντων κατὰ πρύ-
μναν εὐναίων πηδαλίων,

(II. v. 178. seqq.) Valer. Flacc. reliquosque Argonauticos, Apollodor. Bibl. l. I. §. 21. et Lexica Poetica."

V. 409. ἀΰπνους. „*numquam tranquillas, numquam maris agitatione et fremitu carentes.* Tales necessario erant orae, quae Bosporo adiacebant." Musgrav.

V. 410. παρ' ἅλιον. Vulgo παράλιον. Helenae locus v. 1126. quem afferunt, ab nostro differt. Musgravius proponit παρ' ἄβιον.

V. 414. ἐγκύκλιοι. Ita bene emendarunt Heathius et alii. Cf. Iphig. Aul. v. 1056. Aldus ἐγκυκλίοις. — Parenthesin faciunt illa, ὅπου — ἐγκύκλιοι, et paulo post, συριζόντων — πηδαλίων. Ceterum de metro noli timere. Vid. de Verss. Dochm. p. 261.

V. 415. καὶ πλησιστίοισι πν. Construe: δραμόντες ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ καὶ πλησιστίοισι πνοαῖς etc. τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν.

V. 417. εὐναίων. Cod. Oxon. Εὐναΐων. Marklandus proponit συριζουσᾶν, — εὐναιῶν, πηδαλίων τ'. Hesychius enim: εὐναῖαι, ἀγκύραι. Cf. Apollon. Rhod. Schol. ad I. v. 955. p. 413. Schaef. Sed quid ancorae hic faciant, non perspicio. Mirus est Musgravius coniiciens εὐναΐων (compositum ex εὖ et νήϊος) πηδαλίων, *gubernaculorum bono νηΐῳ instructorum.* Heathius πηδάλια εὐναῖα dici exi-

αὔραις ἐν Νοτίαις
ἢ πνοιαῖσι Ζεφύρου,
τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν, 435
λευκὰν ἀκτὰν; Ἀχιλῆ-

---

stimat, quia haec quoque navem quodammodo *ἐνάζονται*, *rectam tenent* (immo *moderantur*), ne quaquaversum pro lubitu ventorum et fluctuum iactetur. Hanc explicationem commemorat etiam Brodaeus, quae mihi vera videtur. Ob eandem enim causam ancorae *σύναι* vocantur, teste Eustath. in Hom. Il. A. p. 131. quem affert Heathius.

V. 418. *αὔραις ἐν Νοτίαις*. Uberius explicat illa, *πλησιστίοισι πνοαῖς*. Vulgo male *αὔραις ἐννοτίαις*, pro quo Britanni malunt *αὔραισιν νοτίαις*. Equidem Aldi lectionem πνοιαῖσι.

V. 419. *πνοιαῖσι*. Ita Aldus. Male vulgo *πνοαῖσι*. Cod. Marklandi B. *πνεύμασι*.

V. 420. *πολυόρνιθον — αἶαν*. „Haud dubie respicit Leucen insulam, de qua Arrianus in Peripl. maris Euxini: *ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ*. Philostratus quoque in Heroicis: *οἰκεῖν μὲν δὴ λευκὰς ὄρνιθας ἐν αὐτῇ φασίν*. Adde Dionys. Perieg. v. 544. ibique Eustath." Musgrav.

V. 421. *λευκὰν ἀκτὰν* etc. Nimis curiosus est Musgravius, qui sibi persuadere non potest, *eruditum* poetam nostrum tantum ambiguitatis crimen admisisse, ut *λευκὴν νῆσον* vocaverit *λευκὴν ἀκτήν*, quoniam insula extet in Propontide hoc ipso nomine insignita, auctoribus Herodoto VII. c. 25. et Suida. Nihil eum movet, quod eandem insulam *λευκὴν ἀκτὴν* Noster iterum nuncupat Androm. 1263. (ad quem locum vid. Interpp.) et Scholiastes Pindari ad Nem. IV. Stroph. 3., sed hunc alterum erroris insimulare, alterum, Euripidem, utroque loco corruptum indicare mavult. Quasi vero, ut hoc unum commemorem, apposita illa, *Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους*, ullam am-

ος δρόμους καλλισταδίους,
Εὔξεινον κατὰ πόντον.

ἀντιστροφὴ β'.

εἴθ' εὐχαῖσι δεσποσύνας
Λήδας Ἑλένα
φίλα παῖς ἐλθοῦσα τύχοι,
τὰν Τρῳάδα λιποῦσα πόλιν,
ἵν', ἀμφὶ χαίταν δρόσον αἱματηρὰν
ἐλιχθεῖσα λαιμοτόμῳ

---

biguitatem admittant. — Ceterum conferri iubent Interpp. Steph. de Urb. v. *Ἀχίλλειος δρόμος*, et Pausan. fol. 102. seq. aliosque.

Ibid. *Ἀχιλῆος*. „Codd. A. B. *αχιλληος* male." Markl.

V. 423. *Εὔξεινον κατὰ πόντον*. Male vertunt *Euxinum ad pontum*. Debebat *in Euxino ponto*.

V. 424. Spectat ad votum Iphigeniae, quod legimus v. 543. seqq. ut recte monet Barnesius.

Ibid. *δεσποσύνας*. Satis probabiliter Marklandus *δεσποσύνοις*, ut Hec. 98. *δεσποσύνους σκηνάς*, Aeschyl. Pers. 589. *δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις*. Nolui tamen lectionem mutare, quod certum est, *δεσπόσυνος* interdum *dominum* valere. Fortasse igitur idem usus fuit feminini: *δεσποσύνα*.

V. 428. sq. *ἀμφὶ χαίταν δρ. αἱμ. ἐλιχθεῖσα*. Vertit Marklandus: *capillum aqua lustrali cruenta circumspersa*.

V. 429. sq. *λαιμοτόμῳ δεσπ. χερί*. Observat Musgravius, hoc loco Iphigeniam propria manu hostias dici iugulasse, quod tamen ipsa diserte neget v. 40. iterumque v. 607. Hinc locum vitiosum existimat. Manus Iphigeniae dicitur *λαιμοτόμος*, non quod ipsa iugulaverit hospites, sed quod, quemcumque manus eius conspersisset, is necessario moriturus erat. Similiter infra v. 848. *ἐξ ἐμᾶν δαϊχθεὶς χερῶν*.

δεσποίνας χερὶ θάνῃ,
ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.
ἡδίσταν δ' ἂν ἀγγελίαν
δεξαίμεσθ', Ἑλλάδος ἐκ
γᾶς πλωτήρων εἴ τις ἔβα,
δουλείας ἐμέθεν
δειλαίας παυσίπονος·
καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην,

V. 430. θάνῃ. Grammatica videtur requirere θάνοι. Sed defendi potest θάνῃ, si fingas, cupido chori animo rem ita praesentem obversari, tanquam si vere fiat.

V. 431. In ἀντιπάλους premendum tantummodo est ἀντί.

V. 432. Vulgo ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγ. Musgravius: „Legendum, metro iubente, sensu non repugnante:

ἡδίστην δ' ἂν ἀγγελίαν."

Dixerim potius, sensu iubente, metro non repugnante. Nam vulgata metro quidem non adversatur, sed sententiarum nullus est nexus. Chorus hoc dicit: Utinam huc aliquando veniat Helena, ob quam Iphigenia in Aulide mactata est, ut morte sua dominae meae poenas luat. Omnium tamen iucundissimus hic mihi foret nuntius, (i. e. Helenae morte etiam iucundior) si quis veniret, meque e servitute in patriam reduceret. Ceterum pro Musgravii ἡδίστην scripsi ἡδίσταν. Την supra adscriptum fuit dialecti indicandae causa, et ἂν propter sequens ἀγγελίαν neglectum est.

V. 437. Vereor, ut metrum strophico recte respondeat, licet explicari fortasse possit sic:

– ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ | – – –
– ⏑ ⏑

Plane aequantur numeri, si legas:

καὶ γὰρ ὀνείροισι συμβαίην,

οἴκοις πόλει τε πατρῴ-
α τερπνῶν ὕμνων ἀπολαύ-
440 ειν κοινὰν χάριν ὄλβῳ. 455

ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμοις

---

et in stropha:

τὰν πολυόρνεθον εἰς αἶαν.

Vocem συμβαίην noli sollicitare. Bastio ad Gregor. Corinth. p. 923. in Philostrati loco Her. p. 106. δημαγωγίᾳ ἐκ μειρακίου ξυμβεβηκότα corrigenti ξυμβεβιωκότα docte Schaeferus opponit Aristoph. Ran. 807. οὔτε γὰρ Ἀθηναίοις ξυνέβαινεν Αἰσχύλος, ubi Brunckius: „Glossa ad ξυνέβαινεν, ἔχαιρεν, ἀπεδέχετο αὐτούς," et Dionys. Halic. de Compos. Verb. c. XVII. p. 226. ed. Schaef. Σοὶ, Φοῖβε, Μοῦσαί τε συμβῶμεν. De Aristophanis loco obiter moneo, ne quis Brunckii auctoritatem veritus de musicis suis auribus timeat, si cum Codicibus Rav. Brunckii A. B. et Venetis meis duobus praeferat lectionem:

οὔτε γὰρ Ἀθηναίοισι συνέβαιν' Αἰσχύλος.

V. 439. Coniungenda sunt ἀπολαύειν (i. e. εἰς ἀπολαύειν) χάριν τερπνῶν ὕμνων. Χάρις, ut saepe, significat *voluptatem*. De constructione verbi ἀπολαύειν vid. Henr. Steph. Lex. II. p. 604.

V. 440. κοινὰν χ. ὄλβῳ. Vertit Heathius: „*commune gaudium rebus secundis*" i. e. fortunatis hominibus proprium.

V. 441. Male haec vulgo tribuuntur Iphigeniae usque ad v. 447. Omnia Chori esse nemini dubium erit, qui Tragicos attente legerit. Errori occasionem dederunt verba σιγᾶτε, φίλαι, quae Iphigeniae quam Choro magis viderentur convenire. Sed compellat saepissime socios Coryphaeus.

Ibid. δίδυμοις. Retinui Aldi lectionem, quae certe ferri potest. Nam quum duo essent, duplici etiam compede opus erat. Nec tamen displicet

συνερεισθέντες, χωροῦσι νέον
πρόσφαγμα θεᾶς σιγᾶτε, φίλαι.
τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ
ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει·
οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλαχεν
βουφορβὸς ἀνήρ.
ὦ πότνι', εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως
πόλις ἥδε τελεῖ, δέξαι θυσίας,
ἃς ὁ παρ' ἡμῖν νόμος, οὐχ ὁσίας
Ἕλλησι, δαιδοὺς ἀναφαίνει.

Marklandi διδυμοι, Musgravio quoque probatum. Facile enim a librariis iterari potuit littera sequens. Schaeferus Melet. Crit. p. 78. proponit διδύμας citans Soph. Electr. v. 206. Sed ille locus ab nostro paululum diversus est.

V. 443. πρόσφαγμα θεᾶς. Non male Toupius Appendicula not. ad Theocrit. p. 30. corrigit θεᾷ, comparatque supra v. 243. et infra 581. Addas Hec. 41. 265. Hel. 1580. Nostri Electr. 1137. θυσία — θεοῖς. Neque tamen hac emendatione opus. Supra v. 317. τὰ τῆς θεοῦ θύμαθα, Ion. 1234. θύματα νερτέρων, et ita saepe.

V. 445. ναοῖσι. Vulgo ἐν ναοῖσι, quod metrum non fert. Correxit Marklandus, qui coniungit ἀκροθίνια ναοῖσι, ut supra v. 376. ἑστιάματα θεοῖσιν. Similior etiam est Phoeniss. 211. ἀκροθίνια Λοξίᾳ. Nihilo tamen minus praestare mihi videtur ναοῖσι coniungere cum πέλας βαίνει.

V. 446. ἔλαχεν. Ita tres Musgravii libri. Aldus λάχε.

V. 448. εἰ non est utinam sed si, ut contra latinos interpretes recte monet Portus.

V. 451. δαιδοὺς ἀναφαίνει. i. e. praebet.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἶεν·
τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ,
φροντιστέον μοι. μέθετε τῶν ξένων χέρας,
ὡς, ὄντες ἱεροὶ, μηκέτ' ὦσι δέσμιοι.
455 ναοὺς δ' ἔσω στείχοντες, εὐτρεπίζετε, 470
ἃ χρὴ πὶ τοῖς παροῦσι καὶ νομίζεται.
φεῦ·
τίς ἆρα μήτηρ ἢ τεκοῦσ' ὑμᾶς ποτε,
πατήρ τ', ἀδελφή τ', εἰ γεγῶσα τυγχάνει;
οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν,
460 ἀνάδελφος ἔσται! τὰς τύχας τίς οἶδ', ὅτῳ 475

V. 452. ἔχῃ. Sic Marklandus ex duobus Codd. Aldus ἔχοι.

V. 455. ναοὺς δ' ἔσω στείχοντες. Valckenar. ad Phoeniss. 454. corrigit ναοὺ, quod non videtur necessarium. Coniunge ἔσω στείχοντες ναοὺς i. e. πρὸς ναοὺς στείχοντες idque ἔσω, non ἔσω ναούς. Ion. 97. στείχετε ναούς. Hec. 146. ἀλλ' ἴθι ναούς. In Orest. tamen v. 1477. Pors. ubi edidit Porsonus cum Brunckio παίειν λαιμὸν ἔμελλεν εἴσω μέλαν ξίφος, Aldi et codd. lectio λαιμῶν reducenda est.

Ibid. στείχοντες. Sunt hi ipsi, qui hospites adduxerant. Vid. infra ad v. 707.

V. 457. Aldus ἄρα.

V. 458. τυγχάνει. Ita tres Musgravii libri. Aldus τυγχάνοι. Marklandus post πατήρ τ' interrogationis notam ponit, deletque post τυγχάνει. Hinc scribendum ei erat ἀδελφὴ δ'. Aldi interpunctio meo iudicio praestat. Ista, εἰ γεγῶσα τυγχάνει, in proxima sententia facile intelliguntur.

V. 459. στερεῖσα. Sic Scaliger. Libri στερηθεῖσα.

V. 460. ὅτῳ. Restituit hoc Marklandus ex duobus libris Mss. coll. Herc. Fur. 511. Aldus ὅτι.

στερεικ. α 2. μαθ.

τοιαῖδ' ἔσονται; πάντα γὰρ τὰ τῶν θεῶν
εἰς ἀφανὲς ἕρπει, κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κα-
κόν·
ἡ γὰρ τύχη παρῆγαγ' εἰς τὸ δυσμαθές.
πόθεν πόθ' ἥκετ', ὦ ταλαίπωροι ξένοι;
ὡς διὰ μακροῦ μὲν τήνδ' ἐπλεύσατε χθόνα,
μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἀεὶ
κάτω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί ταῦτ' ὀδύρει, κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν
κακοῖσι λυπεῖς, ἤτις εἶ ποτ', ὦ γύναι;
οὗτοι νομίζω σοφὸν, ὅς ἂν, μέλλων θα-
νεῖν,
οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾷν θέλῃ,

V. 462. *κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν.* „Immo neque *ἀγαθὸν*, dixerit aliquis. *Κακὸν* dimidium tantum rei exprimere videtur. Integrum foret, quod obventurum est, sive bonum sive malum.“ Marklandus. Putat igitur ille, Euripidem consulto mulierem, eamque Argivam, falso argumentantem fecisse. Vid. supra ad v. 60. Minus offensionis locus habebit, si sensum sic capias: Quis nosse potest, talem, i. e. tam malam, sibi fortunam obventuram? omnia enim futura dii celant et bona et mala, nemo igitur malorum, quae imminent, quidquam scire potest.

V. 466. *ἀεὶ κάτω.* Frigidam hanc explicationem censet Marklandus, multo tamen frigidiora in eius locum substituit *ἔσεσθ' ἐοίκατε*, neque felicius Musgravius *αἰ αἰ κάτω.*

V. 468. *λυπεῖς.* Ita omnes libri, recte, opinor. Sensus: Quid haec lamentaris, et ad futura nostra mala nos insuper tristitia afficere studes? His bene congruunt sequentia. Dicit enim statim Orestes, se nolle tristitia affici. Marklandus coniicit *λυπεῖ γ'*.

οὔθ' ὅστις ᾤδην ἐγγὺς ὅτ' οἰκτίζεται,
σωτηρίας ἄνελπις· ὡς δὺ' ἐξ ἑνὸς
κακῶ συνάπτει μοῖραν τ' ὀφλισκάνει,
θνήσκει θ' ὁμοίως· τὴν τύχην δ' ἔχειν χρεών.
ἡμᾶς δὲ μὴ θρήνει σύ· τὰς γὰρ ἐνθάδε
Θυσίας ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πότερος ἆρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος
Πυλάδης κέκληται; τόδε μαθεῖν πρῶτον θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦδ', εἴ τι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.

V. 471. οὔθ' ὅστις etc. Marklandus: „Suspectum habeo hunc iambum, ob praecedentes duos, in quibus eadem res exprimitur. Et ita Reiskius.“ Recte iudicant, si quidem lectio ubique sana est. Musgravius pro οἰκτῳ coniicit κόμπῳ vel ὄγκῳ. Mihi in mentem venit pro θανεῖν legendum κτανεῖν, ut sensus hic sit: Non puto prudentem, neque eum, qui, quem interfecturus est, huic commiseratione mortis timorem sedare studeat, neque illum, qui propinquam suam ipse mortem deploret. Spectat Orestes ad verba illa ὀδύρει et λυπεῖς v. 467. et 468. Neque te decet sortem nostram deplorare, neque nos ipsos. Κτανεῖν et θανεῖν confusa saepissime sunt, ut Orest. 1627. Pors., ibid. 192. Soph. Electr. 814. Erf. Immo in hac ipsa fabula infra v. 987. et v. 538. κτανὼν et θανών. — Ceterum ουχ ὅστις Codd. Pariss. Marklandi. Aldus οὔθ' ὅστις.

V. 472. ἄνελπις Ita Brodaeus. Aldus ἂν ἐλπίς.

V. 476. Comparat Marklandus Hippol. 380.
τὰ χρήσθ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν.

V. 479. εἴ τι. Ita Marklandus ex omnibus Codd.

ἅιδης, Pluto, the grave. —
οἰκτίζω, οἰκτίσομαι, to excite pity; to lament. —
ἡ οἶκτος, pity, lamentation.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς; 495

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ' ἄν, μαθοῦσα τόδε, πλέον λάβοις, γύναι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πότερον ἀδελφὼ μητρὸς ἐστὸν ἐκ μιᾶς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φιλότητί γ'· ἐσμὲν δ' οὐ κασιγνήτω, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ μὲν δίκαιον, δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν. 500

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ· τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ.

Pariss. conferens v. 43. Aldus ἔστι, unde Reiskius et Piersonus fecerant ἐς τί.

V. 480. Coniectura Ἕλλην εἶ γεγως numeris nocet. Cf. supra v. 329.

V. 482. Aldus ματρός.

V. 483. ἐσμὲν δ' οὐ. Ita Marklandus et Musgr. cum tribus libris. Aldus omittens δ' legit φιλότητι γ' ἐσμὲν, οὐ κασ. Κασιγνήτω Marklandus resolvit, quasi esset κάσιε γεννητὼ vel κάσιες γενέσει.

V. 485. τὸ μὲν δίκαιον. i. e. si iustam seu veram rei rationem spectes.

V. 486. τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ. *Hoc quidem tribue fortunae*, non pater tuus hoc tibi nomen imposuit.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀνώνυμοι θανόντες οὐ γελώμεθ' ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δὲ φθονεῖς τοῦτ', ἢ φρονεῖς οὕτω μέγα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ σῶμα θύσεις τοὐμόν, οὐχὶ τοὔνομα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐδ' ἂν πόλιν φράσειας, ἥτις ἐστί σοι; 505

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ζητεῖς γὰρ οὐδὲν κέρδος ὡς θανουμένῳ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χάριν δὲ δοῦναι τήνδε κωλύει τί σε;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ κλεινὸν Ἄργος πατρίδ' ἐμὴν ἐπεύ-
χομαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πρὸς θεῶν ἀληθῶς, ὦ ξέν', εἶ κεῖθεν
γεγώς;

V. 487. ἀνώνυμοι θαν. οὐ γ. ἄν. Post θανόντες comma delevi. Recte enim vertitur: Ignotus nomine si moriar, non ridebor. — γελώμεθ'. Ita recte Schaeferus, ut iam Portus voluerat. Aldus γελώμεθ'.

V. 488. φθονεῖς. Habent hoc omnes Mss. ut coniecerat Tyrwhittus. Aldus φρονεῖς. Marklandus distingui posse putat τί δέ; φθονεῖς τοῦτ', ἢ φρ. *Quid vero? ex invidiane an ex animi elatione hoc facis?* Quae satis mira foret quaestio.

V. 491. Post κέρδος interpunctionem sustuli. Intellige ἐμοί.

V. 494. εἶ κεῖθεν. „Ita uterque Ms. et P. ut recte Canterus. Ed. Ald. ἐκεῖθεν." Musgr.

απαιρω. to take off. depart.

παρεργον. an addition, appendage

πολεινος. beaind.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐκ τῶν Μυκηνῶν, αἵ ποτ' ἦσαν ὄλβιαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεύγω τρόπον γε δή τιν', οὐχ ἑκὼν ἑκών.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας ὧν ἐγὼ θέλω;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς ἐν παρέργῳ τῆς ἐμῆς δυσπραξίας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ μὴν ποθεινός γ' ἦλθες ἔξ Ἄργους μολών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔκουν ἐμαυτῷ γ'· εἰ δὲ σοί, σὺ τοῦθ' ὅρα.

V. 496. φυγὰς δ'. Particulam addidit Scaliger.

V. 497. οὐχ ἑκὼν ἑκών. Male quidam haec commate disiungunt. Post φεύγω etiam Aldus comma non habet. Ego posui post τιν'.

V. 499. Musgravius coniicit ὅσ' ἐν παρέργῳ et Marklandus τῆσδ' ἐμῆς. Male uterque. Sensus est: videris hoc postulare tamquam in accessionem calamitatis meae. Nos: wohl gleichsam zur Zugabe zu meinem Unglück. Dicit hoc Orestes non sine acerbitate quadam, quod non simpliciter sacerdos immelari se iubeat, sed hac occasione simul utatur ad aliena quaedam sciscitanda. Conf. Orest. 609. πάρεργον αὐτὸ θήσομαι πόνων, Hercul. Fur. 1340. πάρεργα γὰρ τάδ' ἐστ' ἐμῶν κακῶν.

V. 501. σὺ τοῦθ' ὅρα. Aldus σὺ τοῦτ' ἔρα, ex quo Marklandus σὺ τοῦδ' ἔρα comparans v. 515., qui nihil similitudinis habet, neque omnino video,

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Τροίαν ἴσως οἶσθ', ἧς ἀπανταχοῦ λόγος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς μή ποτ' ὤφελόν γε, μηδ' ἰδὼν ὄναρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φασίν νιν, οὐκέτ' οὖσαν, οἴχεσθαι δορί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

505 ἔστιν γὰρ οὕτως, οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσατε. 5[illegible]0

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἑλένη δ' ἀφῖκται δῶμα Μενέλεω πάλιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥκει, κακῶς γ' ἐλθοῦσα τῶν ἐμῶν τινι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ ποῦ 'στι; κἀμοὶ γάρ τι προὐφείλει κακόν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σπάρτῃ ξυνοικεῖ τῷ πάρος ξυνευνέτῃ.

---

quinam tolerabilis sensus ex hac emendatione produci possit. Musgravio, quod non minus alienum est, legendum videtur *σύ τοι πέρα*. Ex nostra emendatione hoc dicit: mihi quidem non, si tibi, hoc tu videris, i. e. huius rei rationem tu tibi reddideris. Ita nos: *da siehe du zu*, i. e. *das überlasse ich deinem Gewissen*.

V. 502. Post *λόγος* Marklandus interrogationis notam, quam alii addunt, omisit ob praegressum *ἴσως*. Neque illam agnoscit Aldus.

V. 503. *μηδ' ἰδὼν ὄναρ*. Valet hoc simpliciter, *ne in somnio quidem*. Male Scaliger in margine *ἰδεῖν*.

V. 507. *τῶν ἐμῶν τινι*. Recte Barnesius: „*pro ἐμοί, aenigmatice.*“

απανταχου, on all sides, everywhere.

ακραντος. unaccomplished.—

προσφιλω. to one before, to one.—

απολαυω. to derive benefit from, or injy.
fr. λαυω. to enjoy th. λαω. to wish. –

επαυρομαι. to experience. attain.
th. αυρα. breeze. –

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μῖσος εἰς Ἕλληνας, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ. 525

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐπέλαυσα κἀγὼ δή τι τῶν κείνης γάμων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

νόστος δ' Ἀχαιῶν ἐγένετ', ὡς κηρύσσεται;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς πάνθ' ἅπαξ με συλλαβοῦσ' ἀνιστορεῖς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πρὶν γὰρ θανεῖν σε, τοῦδ' ἐπαυρέσθαι θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔλεγχ', ἐπειδὴ τοῦδ' ἐρᾷς· λέξω δ' ἐγώ. 530

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Κάλχας τις ἦλθε μάντις ἐκ Τροίας πάλιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὄλωλεν, ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πότνι', ὡς εὖ. τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;

V. 510. Aldus μόνῃ.

V. 517. Brodaeus: „Tzetzes in Lycophron. (ad v. 427. Müller.): μετὰ δὲ τὴν Ἰλίου πόρθησιν αὐτὸς ὁ Κάλχας καὶ ἕτεροι, Ἀμφίλοχος, Λεοντεύς, Ποδαλείριος, Πολυποίτης, ἐν Ἰλίῳ λιπόντες τὰς ναῦς αὐτῶν εἰς Κολοφῶνα πεζῇ πορεύονται· κἀκεῖ θάπτουσι Κάλχαντα.“ Iterum repetit Tzetzes ad v. 980.

V. 518. Egregie sane coniecit Musgravius:

ὦ πότνι', ὡς εὖ. τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;

Aldus ὦ πότνι' ὡς ἔστι γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος, ex

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔπω νενόστηκ' οἶκον· ἔστι δ', ὡς λόγος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὄλοιτο, νόστου μή ποτ' ἐς πάτραν τυχών. 555

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μηδὲν κατεύχου· πάντα τἀκείνου νοσεῖ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Θέτιδος δ' ὁ τῆς Νηρῇδος ἔστι παῖς ἔτι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστιν· ἄλλως λέκτρ' ἔγημεν Αὐλίδι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δόλια γὰρ, ὡς γέ φασιν οἱ πεπονθότες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς εἶ πόθ'; ὡς εὖ πυνθάνει τἀφ' Ἑλ- 560
λάδος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐκεῖθέν εἰμι· παῖς ἔτ' οὖσ' ἀπωλόμην.

---

quo Canterus ὦ πότνια! σῶς ἐστὶ γὰρ ὁ Λ. γ., quae emendatio multis modis Musgraviana est deterior. Aliquanto melior Marklandus proponit σῶς γάρ ἐστι Λαέρτου γόνος. Codd. enim Pariss. et multae Edd. omittunt articulum ὁ ante Λαέρτου. — Valet autem ὡς εὖ *quam iuste*. Cf. paulo post v. 544. Ad interrogationem τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος Musgravius citat, quae paulo inferius legimus v. 528. τί δ' ὁ στρατηγός.

V. 523. ἔγημεν Αὐλίδι. „Vel divisim ἔγημ' ἐν Αὐλίδι." Markland. Vulgata idem significat.

V. 524. Stiblinus ex Hervag. vitium repetiit δόλιαι, ὡς γε.

προσηκω. to be akin to. —
ὄλβος. felicity, wealth. —

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὀρθῶς πυθεῖς ἄρ' εἰδέναι τάκεῖ, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δ' ὁ στρατηγὸς, ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς; οὐ γὰρ, ὃν γ' ἐγᾦδα, τῶν εὐδαιμόνων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἀτρέως ἐλέγετο δή τις Ἀγαμέμνων ἄναξ. 545

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ οἶδ· ἄπελθε τοῦ λόγου τούτου, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μὴ πρὸς θεῶν, ἀλλ' εἶφ', ἵν' εὐφρονθῶ, ξένε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τέθνηκ' ὁ τλήμων, πρὸς δ' ἀπώλεσέν τινα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τέθνηκε; ποίᾳ συμφορᾷ; τάλαιν' ἐγώ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ' ἐστέναξας τοῦτο; μῶν προσῆκέ σοι; 550

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸν ὄλβον αὐτοῦ τὸν πάροιθ' ἀναστένω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δεινῶς γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείς.

V. 528. ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν. Marklandus: „vel εὐδαίμονα et λέγουσι pro ἔλεγον.“ Alterum falsum, prius non necessarium.

V. 537. δεινῶς. Ita Codd. collati omnes, ut Portus voluerat aliique. Aldus δεινός, unde Piersonus κεῖνος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πανδάκρυτος ἡ κτανοῦσα, χὠ θανών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

παῦσαί νυν ἤδη, μηδ' ἐρωτήσῃς πέρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τοσόνδε γ', εἰ ζῇ τοῦ ταλαιπώρου δάμαρ. 555

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστι· παῖς νιν, ὃν ἔτεκ', οὗτος ὤλεσεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ συνταραχθεὶς οἶκος· ὡς τί δὴ θέλων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πατρὸς θανόντος τήνδε τιμωρούμενος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φεῦ·
ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰσεπράξατο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος 560
ὤν.

V. 538. *θανών*. Musgravius: „Ita iam Edd. recentt. non dissentientibus Mss. Diserte confirmat P. — Ed. Ald. *κτανών*.“ *θανὼν* primus in margine Stiblinus. Vid. supra ad v. 471.

V. 541. *παῖς*. Hoc etiam, quod primum video in ed. Canteri et Porti, Musgravii libri confirmant. Ed. Ald. *πῶς*. In adiecto *οὗτος* fortasse allusio est, ipsum illum esse. Sic Nostr. Electr. 589. *ὅ τι παρὼν, ὅ τ' οὐ παρών*.

V. 545. *ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ*, i. e. sed, quod ad sortem eius attinet, quam dii moderantur, non felix est.

Ibid. *δίκαιος ὤν*. Marklandus: „Significare potest, *licet mereatur*, scil. *εὐτυχεῖν*.“ Immo

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

λείπει δ' ἐν οἴκοις ἄλλον Ἀγαμέμνων γόνον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέλοιπεν Ἠλέκτραν γε παρθένον μίαν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δέ; σφαγείσης θυγατρὸς ἔστι τις λόγος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδείς γε, πλὴν θανοῦσαν οὐχ ὁρᾶν φάος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τάλαιν' ἐκείνη, χὠ κτανὼν αὐτὴν πατήρ. 565

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὁ τοῦ θανόντος δ' ἔστι παῖς Ἄργει πατρός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔστ', ἄθλιός γε, κοὐδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ.

---

licet iusta eius sit causa. Ex Marklandi explicatione dicit Orestes, *se mereri, felicem esse*, ex nostra, *se mereri, non infelicem esse.*

V. 549. Post *λέλοιπεν* cum Aldo comma omisi.

V. 551. *χάριν ἄχαριν.* Cod. Oxon. *χάρις ἀχαρις.* Male. Nota est locutio, nec tamen ab omnibus intellecta. *χάριν ἄχαριν* nihil amplius significat quam *ob causam, quae causa esse non debebat, quae prava erat causa.* Errat igitur Musgravius, quum de ingratitudine Menelai cogitat. Ceterum *κακὴν γυναῖκα* de Helena intelligendum esse, vix fuit, quod moneretur.

V. 552. Recte in hoc et sequenti versu *ἔστ'* accentu notatur. Significat enim *vivit.*

V. 553. *κοὐδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ* nihil aliud

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ'· οὐδὲν ἦτ' ἄρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

555 οὔθ' οἱ σοφοὶ γε δαίμονες κεκλημένοι
πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι.
πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι,
κἀν τοῖς βροτείοις· ἓν δὲ λυπεῖται μόνον,

570

---

est, quam ubique terrarum errare cogitur. In initio versus post ἔσ' posui comma.

V. 554. ψευδεῖς ὄνειροι — ἄρα. Legimus haec apud Plutarch. Moral. p. 75. E. et Clement. Alex. Cohort. p. 80. Ed. Pott. — Hunc versum cum quinque proximis Aldus adhuc Iphigeniae tribuit. Sed Heathius recte Orestis esse vidit, neque dissentiunt Marklandus et Musgravius. In Mss. Orestis persona versui demum 557. πολὺς ταραγμὸς praefigitur. Pro οὔθ' Hermannus mavult οὐδ'.

V. 557. θείοις. Libri θεοῖς. Elegantior lectio debetur Barnesio.

V. 558. λυπεῖται. Ita cum tribus libris Markandus. Aldus λείπεται. Utramque lectionem probabilem, etsi contrarium, sensum praebere putat Musgravius. „Si λείπεται, inquit, retinemus, sententia erit: Oresti hoc unum in malis solatii relictum fuisse, quod non propria imprudentia, sed vatum monitis obtemperando, se ipsum perdidisset. Contra si λυπεῖται recipimus, dicet Orestes, hoc unum se dolere, quod non desipiens ipse, vatum tamen monitis obtemperans, perierit.“ Mihi prior ratio a loci nexu videtur aliena. Manifesto enim Orestes vatibus ob fraudem, in quam eum adduxerant, irascitur. Quale igitur hoc solatium, quod non sua imprudentia perierit, sed a vatibus se decipi passus sit. Deinde hoc si voluisset poeta, scripsisset ἀλλὰ μάντεων sive μάντεων δέ. Recepi igitur λυπεῖται. Dicit hoc: Ob hoc unum autem dolet, quod, quum non imprudens esset, i. e.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔπω νενόστηκ' οἶκον· ἔστι δ', ὡς λόγος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὄλοιτο, νόστου μή ποτ' ἐς πάτραν τυχών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μηδὲν κατεύχου· πάντα τἀκείνου νοσεῖ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Θέτιδος δ' ὁ τῆς Νηρῇδος ἔστι παῖς ἔτι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστιν· ἄλλως λέκτρ' ἔγημεν Αὐλίδι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δόλια γὰρ, ὥς γέ φασιν οἱ πεπονθότες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς εἶ πόθ'; ὡς εὖ πυνθάνει τἀφ' Ἑλλάδος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐκεῖθέν εἰμι· παῖς ἔτ' οὖσ' ἀπωλόμην.

---

quo Canterus ὦ πότνια! σῶς ἐστὶ γὰρ ὁ Λ. γ., quae emendatio multis modis Musgraviana est deterior. Aliquanto melior Marklandus proponit σῶς γάρ ἐστι Λαέρτου γόνος. Codd. enim Pariss. et multae Edd. omittunt articulum ὁ ante Λαέρτου. — Valet autem ὡς εὖ *quam iuste*. Cf. paulo post v. 544. Ad interrogationem τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος Musgravius citat, quae paulo inferius legimus v. 528. τί δ' ὁ στρατηγός.

V. 523. ἔγημεν Αὐλίδι. „Vel divisim ἔγημ' ἐν Αὐλίδι." Markland. Vulgata idem significat.

V. 524. Stiblinus ex Hervag. vitium repetiit δόλιαι, ὥς γε.

προσηκω. to be akin to. —
ὀλβος. felicity, wealth. —

ᾠκτειρα. 1. a. fr οἰκτειρω. to pity. fut. -ερῶ.

φονευς. a murderer.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πανδάκρυτος ἡ κτανοῦσα, χὠ θανών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

παῦσαι νυν ἤδη, μηδ' ἐρωτήσῃς πέρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τοσόνδε γ', εἰ ζῇ τοῦ ταλαιπώρου δάμαρ. 555

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστι· παῖς γιν, ὃν ἔτεκ', οὗτος ὤλεσεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ συνταραχθεὶς οἶκος· ὡς τί δὴ θέλων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πατρὸς θανόντος τήνδε τιμωρούμενος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φεῦ·
ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰσεπράξατο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος 560
ὤν.

V. 538. θανών. Musgravius: „Ita iam Edd. recentt. non dissentientibus Mss. Diserte confirmat P. — Ed. Ald. κτανών.“ θανὼν primus in margine Stiblinus. Vid. supra ad v. 471.

V. 541. παῖς. Hoc etiam, quod primum video in ed. Canteri et Porti, Musgravii libri confirmant. Ed. Ald. πῶς. In adiecto οὗτος fortasse allusio est, ipsum illum esse. Sic Nostr. Electr. 389. ὅ τι παρὼν, ὅ τ' οὐ παρών.

V. 545. ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, i. e. sed, quod ad sortem eius attinet, quam dii moderantur, non felix est.

Ibid. δίκαιος ὤν. Marklandus: „Significare potest, *licet mereatur*, scil. εὐτυχεῖν.“ Immo

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

λείπει δ' ἐν οἴκοις ἄλλον Ἀγαμέμνων γόνον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέλοιπεν Ἠλέκτραν γε παρθένον μίαν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δέ; σφαγείσης θυγατρὸς ἔστι τις λόγος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδείς γε, πλὴν θανοῦσαν οὐχ ὁρᾶν φάος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τάλαιν' ἐκείνη, χὠ κτανὼν αὐτὴν πατήρ. 565

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὁ τοῦ θανόντος δ' ἔστι παῖς Ἄργει πατρός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔστ', ἄθλιός γε, κοὐδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ.

---

licet iusta eius sit causa. Ex Marklandi explicatione dicit Orestes, *se mereri, felicem esse*, ex nostra, *se mereri, non infelicem esse.*

V. 547. Post *λέλοιπεν* cum Aldo comma omisi.

V. 551. *χάριν ἄχαριν.* Cod. Oxon. *χάρις ἄχαρις.* Male. Nota est locutio, nec tamen ab omnibus intellecta. *χάριν ἄχαριν* nihil amplius significat quam *ob causam, quae causa esse non debebat, quae prava erat causa.* Errat igitur Musgravius, quum de ingratitudine Menelai cogitat. Ceterum *κακὴν γυναῖκα* de Helena intelligendum esse, vix fuit, quod moneretur.

V. 552. Recte in hoc et sequenti versu *ἔστ'* accentu notatur. Significat enim *vivit.*

V. 553. *κοὐδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ* nihil aliud

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς ἔλεξας τἄλλα, πλὴν ἓν, ὦ ξένη·
τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδε μοι βάρος μέγα.
ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφορὰς
οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν.
οὔκουν δίκαιον ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ τοῦδ' ἐμὲ
χάριν τίθεσθαι, καὐτὸν ἐκδῦναι κακῶν.
ἀλλ' ὡς γενέσθω· τῷδε μὲν δέλτον δίδου·
πέμψει γὰρ Ἄργος, ὥστε σοι καλῶς ἐχειν·
ἡμᾶς δ' ὁ χρῄζων κτεινέτω. τὰ τῶν φί-
λων
αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς,
αὐτὸς σέσωσται· τυγχάνει δ' ὁδ' ὢν φίλος,
ὃν, οὐδὲν ἧσσον ἢ μέ, φῶς ὁρᾶν θέλω.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ λῆμ' ἄριστον, ὡς ἀπ' εὐγενοῦς τινος

V. 582. τἄλλα. Aldus τἆλλα.

V. 583. Lucianus τόνδ', ἐμοὶ Amor. p. 907. (V. p. 311. Bip.)

V. 584. ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τ. σ. ego sum is, qui secum affert mala, i. e. ego sum causa harum calamitatum.

V. 587. καὐτὸν i. e. καὶ ἐμαυτόν.

V. 588. ὡς γένεσθω. Γενέσθω Mss. omnes. Aldus ὡς γενέσθαι. Vid. Porson. ad Eur. Hec. 882. coll. Brunck. ad eundem l.

V. 589. πέμψει. Lucianus l. l. πέμψω, quod non displicuit Marklando ob versum 682. Is tamen locus nihil probat. Magis huc pertinet paulo post v. 599. Sed cf. supra v. 574. sq.

V. 591. αἴσχιστον ὅστις. Vid. Schaef. ad Eur. Phoeniss. 519. Pors.

V. 593. Aldus ἤ μέ.

συμπλεω. to sail with.

προστροπη. supplication, ministry.
th. προστρεπω. to beseech. —

ἀυλακτεον. must be observed. —

595 ῥίζης πέφυκας, τοῖς φίλοις τ' ὀρθῶς 610
φίλος.
τοιοῦτος εἴη τῶν ἐμῶν ὁμοσπόρων
ὅσπερ λέλειπται· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ, ξένοι,
ἀνάδελφός εἰμι, πλὴν ὅσ' οὐχ ὁρῶσά νιν.
ἐπεὶ δὲ βούλει ταῦτα, τόνδε πέμψομεν
600 δέλτον φέροντα, σὺ δὲ θανεῖ· πολλὴ δέ 615
τις
προθυμία σε τοῦδ' ἔχουσα τυγχάνει.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
θύσει δὲ τίς με, καὶ τὰ δεινὰ τλήσεται;
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
ἐγώ· θεᾶς γὰρ τῆσδε πρόστροπὸν ἔχω.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ἄζηλά γ', ὦ νεᾶνι, κοὐκ εὐδαίμονα.
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
605 ἀλλ' εἰς ἀνάγκην κείμεθ', ἣν φυλακτέον. 620
ΟΡΕΣΤΗΣ.
αὐτὴ ξίφει θύουσα, θῆλυς ἄρσενας;
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
οὔκ, ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ὁ δὲ σφαγεὺς τίς; εἰ τάδ' ἱστορεῖν με χρή.
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
εἴσω, δόμων τῶνδ' εἰσὶν, οἷς μέλει τάδε.

V. 595. ὀρθῶς. Ita Marklandus ex Ms. Oxon. Idem duo Pariss. suprascriptum habent. Aldus ὀρθὸς. Conferunt Interpp. Hercul. Fur. 56. Soph. Antig. 99. aliosque locos.

V. 607. οὔκ. Ita Aldus. Omittunt vulgo accentum.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ', ὅταν θάνω;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πῦρ ἱερὸν ἔνδον, χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ·
πῶς ἄν μ' ἀδελφῆς χεὶρ περιστείλειεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μάταιον εὐχὴν, ὦ τάλας, ὅστις ποτ' εἶ,
ἠὔξω· μακρὰν γὰρ βαρβάρου ναίει χθονός.
οὐ μὴν, ἐπειδὴ τυγχάνεις Ἀργεῖος ὤν,
ἀλλ', ὧν γε δυνατὸν, οὐδ' ἐγὼ λείψω χάριν·

V. 611. εὐρωπόν. Citant Hesychii glossam: εὐρωπὸν, σκοτεινὸν, πλατύ. Iisdem verbis ab Hesychio explicatur εὐρώεις, quo Sophocles simili modo usus est Aiac. 1167. τάφον εὐρώεντα. Altera explicatio πλατὺ Schneidero in Lex. Gr. e prava Etymologia orta videtur.

Ibid. πέτρας. Diodor. Sic. XX. 14. citante Brodaeo, legit χθονὸς, quae lectio verior videri potest. Comparat Marklandus Nostri Ion. 281. et Electr. 1271. in quo utroque loco legimus χάσμα χθονὸς, et Herodot. 7, 30. Adde Fragm. Pirith. I. 2. χθόνιον χάσμα. Love est, quod Marklandus monet, obstare huic lectioni illud, quod statim post v. 614. vox χθονὸς recurrat. Verum ob ipsos illos locos facilius fieri potuit, ut memoriae lapsu Diodorus illud scriberet.

V. 613. Aldus ὅστις ποτ'.

V. 615. οὐ μὴν recte Portus monet coniungendum cum sequenti ἀλλά.

V. 616. οὐδ' ἐγὼ λείψω χάριν. Marklandus: „Forte ἐγὼ ἀλείψω, i. e. ἐλλείψω. Vid. Budaeum

χασμα. chasm. fr. χαινω to gape. perf. pass. κεχασμαι. —

ουμην αλλα but. —
λειπω to leave, neglect. —

ἀνθεμον, a flower. ~~ft~~ ἀνθεω. to bloom
th. ἀνθος. a flower

γανος. joy; - brightness, splendour; -
mith, water. —
ξουθος. striped with yellow, yellow,
sweet. —

πολύν τε γάρ σοι κόσμον ἐνθήσω τάφῳ,
ξανθῷ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν κατασβέσω,
καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόρρυτον γάνος
ξουθῆς μελίσσης εἰς πυρὰν βαλῶ σέθεν.
ἀλλ' εἶμι, δέλτον τ' ἐκ θεᾶς ἀνακτόρων
οἴσω· τὸ μέντοι δυσμενὲς μή μου λάβῃς.
φυλάσσετ' αὐτούς, πρόσπολοι, δεσμῶν ἄτερ.

Comm. Gr. L. p. 757." Nihil mutandum. Noster Phoeniss. 388. μηδὲν ἐνδεὲς λίπῃς.

V. 617. κόσμον ἐνθήσω τάφῳ. „Hoc est, quod in Rheso v. 963. vocat συμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδήν. vid. et Hec. 578." Musgr. Conf. Troad. 1200. seqq.

V. 618. Hunc versum primus e Codicibus Pariss. inseruit Marklandus, absurda tamen putans verba σῶμα κατασβέσω, *extinguam*. „Corpus enim ardens, *inquit*, non potest extingui *oleo*, nisi sit *gagates* lapis." Musgravius pro κατασβέσω coniicit καταστελῶ, *corpus tuum componam*, quod sit, *inungam*. Hoc enim factum ab antiquis, antequam rogo cadaver imponeretur, ut pateat ex Hom. Iliad. XXIV. v. 587. Odyss. XXIV. v. 44. seqq. Sed ex ipso hoc loco posteriore colligas, Iphigeniam promittere, se, rogo modo concremato, calentia adhuc ossa oleo et melle perfusuram. Ceterum duo Codd. pro ἐλαίῳ habent ἔλεω errore notissimo.

V. 620. πυρὰν βαλῶ. Ita verissime Canterus. Aldus et duo Mss. πῦρ ἐμβαλῶ. Marklandi Cod. C. πυρ ἐμβαλων.

V. 622. τὸ μέντοι δυσμενὲς μή μου λάβῃς. Vertitur, *ne tamen malevolentiam adversus me concipe*. Legendum putaverat μή μοι βάλῃς. Sed similiter Noster Heracl. 991.

ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυσμένειαν ἠράμην.

Unde si quis μοι praetulerit, equidem assentior.

ἴσως ἄελπτα τῶν ἐμῶν φίλων τινὶ
πέμψω πρὸς Ἄργος, ὃν μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ,
καὶ δέλτος αὐτῷ ζῶντας, οὓς δοκεῖ θανεῖν,
λέγουσα, πιστὰς ἡδονὰς ἀπαγγελεῖ.

στροφή.

ΧΟΡΟΣ.

κατολοφύρομαί σε τὸν χερνίβων
φανίσι μελόμενον φανίσιν αἱμακταῖς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἶκτος γὰρ οὐ ταῦτ', ἀλλὰ χαίρετ', ὦ ξένοι.

ἀντιστροφή.

ΧΟΡΟΣ.

σὲ δὲ τύχας μάκαρος, ἰὼ νεανία.

V. 625. ὃν. Ita Aldus. Vulgo ὧν.

V. 627. λέγουσα, πιστὰς. Sic est in Aldina, quod moneo propter Aem. Portum.

V. 628. Tractavi hunc locum de Verss. Dochm. p. 356. sqq. Antistrophica esse primus monuerat Hermann. de Metr. p. 245.

V. 628. τὸν. Hanc Reiskii coniecturam confirmant Cod. Markl. A. et Aldus. Vulgo τῶν.

V. 629. Alterum φανίσιν addidi ex coniectura, ut metra exaequarem. Cf. de Verss. Dochm. p. 278. Fortasse tamen meliores libri aliud quiddam suppeditabunt.

V. 630. γὰρ. „Ita optime Marklandus ex Mss. suis. — Ed. Ald. μὲν.“ Musgrav. Immo etiam in Aldina legitur γὰρ. Sed iam Brub. Hervag. et Stibl. μὲν. Cf. Markland. ad Suppl. v. 8.

V. 631. Pro ὦ dedi ἰὼ, metri causa. Vid. Iacobs. Observ. Crit. in Anthol. Graec. p. 24. —

μελομαι, to attend to, have the care of
ρανις, -ιδος [rain] a drop. fr. ραινω, to
pour it
sprinkle

οικτος, pity, lamentation. —

μακαρ, -αρος, αιη. happy, blessed. —

σεβόμεθ', εἰς πάτραν ὅτι ποτ' ἐπεμβάσῃ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἄζηλα τοῖς φίλοισι, θνησκόντων φίλων. 650

ἐπῳδός.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ σχέτλιοι πομπαὶ,
φεῦ, φεῦ· διόλλυσαι.

Νεανία trisyllabon est. Cf. de Versa, Dochm. p. 49. seq. not. Eadem contractione usus est Aristoph. Vesp. 1067. et 1069.

V. 632. Olim legendum putabam *ἐμβάσῃ* pro *ἐπεμβάσῃ*. Nunc praeplacet *ὡς* pro *ὅτι*. — *Σεβόμεθα* i. e. *celebramus, felicem praedicamus*. Ceterum ob sequentia malim hanc sententiam interrogative accipi.

V. 634. *πομπαὶ*, proprie, ut hic, *missiones*. Mittere enim Pyladem volebant Argos, quo litteras perferret.

V. 635. *διόλλυσαι — μέλλων*; Locus impeditus. Marklandus coniicit *διόλλυσθαι* et construit *ὁ διόλλυσθαι μέλλων*, haec annotans: „argute. Uter ex his magis proprie perire dici potest? Ille, qui restat iamiam occidendus; an ille, qui abit, ab amico separandus? Sane nescio, utrum ex duobus defleam.“ Musgravio pene persuaserat, qui monet, non absurdum esse hanc dubitationem Choro suboriri, Pyladis tristitiam, Orestae gaudium spectanti. Postea tamen corrigi vult *δὺ' ἀλλύσαι* (scil. *πομπαὶ*) et *ὁ μᾶλλον* pro *ὁ μέλλων*, quod utrumque displicet. *Διόλλυσαι* vel metri causa nolim mutari in *διόλλυσθαι*, qui infinitivus, si tamen sanus est locus, ex hoc ipso *διόλλυσαι* ad *ὁ μέλλων* potest intelligi, ut *πότερος ὁ μέλλων* reddatur, *uter est destinatus* ille scil. ad mortem?

αἴ, αἴ, αἴ, αἴ.
πότερος ὁ μέλλων;
ἔτι γὰρ ἀμφίλογα δίδυμα μέμονε φρὴν,
σὲ πάρος, ἢ σ' ἀναστενάξω γόοις.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, πέπρωθας ταὐτό, πρὸς θεῶν, ἐμοί;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐκ οἶδ· ἐρωτᾷς οὐ λέγειν ἔχοντά με.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς ἐστιν ἢ νεᾶνις; ὡς Ἑλληνικῶς
ἀνήρεθ' ἡμᾶς, τούς τ' ἐν Ἰλίῳ πόνους,
νόστον τ' Ἀχαιῶν, τόν τ' ἐν οἰωνοῖς σοφὸν
Κάλχαντ', Ἀχιλλέως τ' ὄνομα· καὶ τὸν ἄθλιον
Ἀγαμέμνον' ὡς ὤχτειρ'! ἀνηρώτα τέ με

V. 636. Aldus αἴ, αἴ αἴ αἴ. πότερος, ὁ μέλλων,.

V. 638. ἀμφίλογα. Ita Brubach. et Hervag. — Ald. et Codd. ἀμφίφλογα. Brodaeus coniicit ἀμφίβολα, Marklandus ἀντίλογα. Versus etiam sic possunt distingui, ut distinxi de Verss. Dochm. l. c.

αἴ αἴ αἴ αἴ, πότερος ὁ μέλλων; ἔτι γὰρ
ἀμφίλογα
δίδυμα μέμονε φρὴν, σὲ πάρος ἢ σ' ἀνα-
στενάξω γόοις,

ut praeter alterum, qui Creticus est, omnes dochmiaci sint.

V. 638. μέμονε. Libri duo μέμηνε, superscripto tamen μέμονε, quod recte Marklandus explicat ὁρμᾷ cum Hesych.

V. 645. Ἀχιλλέως. Ita Marklandus ex duobus Mss. — Aldus Ἀχιλέως.

V. 646. ὤχτειρ'. Sic Heathius. — Ald. ὤχτει-

μεμονα I have resolved. p. m. fr. p
to remain. —

(ανειρομαι. to question).

ἐπιστροφή, a turning to attention

γυναῖκα παῖδάς τ'. ἔστιν ἡ ξένη γένος 665
ἐκεῖθεν Ἀργεία τις· οὐ γὰρ ἄν ποτε
δέλτον τ' ἔπεμπε, καὶ τάδ' ἐξεμάνθανεν,
ὡς κοινὰ πράσσουσ', Ἄργος εἰ πράσσει καλῶς.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔφθης με βικρόν· ταὐτὰ δὲ φθάσας λέγεις,
πλὴν ἑν· τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθήματα 670
ἴσασι πάντες, ὧν ἐπιστροφή τις ἦν·
ἀτὰρ διῆλθον χἄτερον λόγον τινά.

ρεν. Marklandus praeter ὥπτειρ' proponit etiam ὡς ὤκτειρεν· ἠρώτα τ' ἐμέ.

Ibid. τέ με. Ita Schaeferus. Vulgo τ' ἐμέ.

V. 651. φθάσας. Sic libri Mss. omnes. Aldus φράσας. Ad ταὐτὰ intellige ἐμοί. Tu eadem dicis, atque ego dicturus eram, praeter hoc unum etc.

V. 652. τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθ. ἴασι etc. Vertit Hermannus accommodate ad Homericum usum adiectivi ἐπίστροφος: regum fortunam norunt omnes, qui vel paulum inter homines versati sunt. Alii reddunt: quorum aliqua est attentio et cura. Grotius:

regum mala
sciunt, sciendi cura quos aliqua occupat.

Heathius ὧν refert ad βασιλέων, *regum, quorum aliqua erat consideratio, qui non prorsus obscuri erant*, quod paulo durius videtur.

V. 654. ἀτὰρ διῆλθον. Libri ἀτὰρ διῆλθε. Tan. Faber et Marklandus coniiciebant διελθὲ, *sed considera etiam aliud quiddam*, quae coniectura magnam habet veritatis speciem. Verum si proxima paulo subtilius examines, an recte sic emendatum sit, vehementer dubitabis. Subiicit enim Orestes:

τίν'; εἰς τὸ κοινὸν δοὺς ἄμεινον ἂν μάθοις.

Si dixerat Pylades διελθὲ, eo ipso dixerat, se velle

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίν'; εἰς τὸ κοινὸν δοὺς ἄμεινον ἂν μάθοις.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

αἰσχρὸν, θανόντος σοῦ, βλέπειν ἡμᾶς φάος.
κοινῇ τ' ἔπλευσα, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.
καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι,
Ἄργει τε, Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί.

---

rem cum Oreste communicare. Plane igitur supervacanea erat Orestis hortatio, ut rem sibi quoque aperiret. Deinde ipsa verba ἄμεινον ἂν μάθοις quodammodo significant, Pyladem Oresti iam rem videri μεμαθηκέναι. Postremo res ista ex eo genere est, quam ipse potius Pylades debebat perpendere, quam Oresti perpendendam proponere, quem sententiae suae accessurum esse, vix poterat exspectare. Scripsimus igitur διῆλθον, mutatione facillima. Sic infra v. 999.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔχειν δοκῶ μοι καινὸν ἐξεύρημά τι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ποῖόν τι; δύξης μεταδος.

Proximum versum verte: *quemnam? si communicaveris, melius cognosces*; i. e. quod quis communicat cum alio, melius intelliget. Vitium natum est hinc, quod in vocis terminatione male legerant compendium. Nihil moror Musgravium, qui putat, διελθεῖν non esse *considerare animo*, sed *verbis exponere*. Διέρχεσθαι est rem ita percurrere, ut rationes in utramque partem ponderentur. Hoc sive cum alio faciam, sive mecum ipse, perinde est.

V. 658. κάκην. Vid. Abresch. Miscell. Obs. Nov. I. p. 65.

V. 659. πολυπτύχῳ. Musgravius citat Hesychium: πολυπτύχου, πολλὰς ἐξοχὰς ἔχοντος etc. coll. Eustath. p. 1193. (lin. 12.)

+

ραπτω. to sew. to put together neatly
to contrive artful

εγκληρος a shares, partaker.

X Polaris

δόξω δὲ τοῖς πολλοῖσι, πολλοὶ γὰρ κακοὶ,
προδοὺς σε, σώζεσθ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος·
ἢ καὶ φονεύσας, ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν
ῥάψαι μόρον σοι, σῆς τυραννίδος χάριν,
ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν.

V. 661. *σώζεσθ'*. Erfurdtius, qui diphthongum *αι* non tantum in primis ac tertiis verborum personis, sed etiam in infinitivis a Tragicis elisam esse negat ad Sophocl. Aiac. v. 190. de nostro loco p. 517. disputat ita: „Corrigo, *προδοὺς σε, σωθείς*. — Tum verba hoc modo cohaerent: *σωθεὶς μόνος εἰς οἴκους δόξω τοῖς πολλοῖς ῥάψαι μόρον σοι, προδοὺς σε, ἢ καὶ φονεύσας, ubi solus domum revertero, videbor plerisque perniciem tibi struxisse, vel prodendo te, vel interficiendo*, neque iam opus est, ut verbum *φονεύσας* cum Lobeckio (ad Aiac.) p. 311. aliisque depravatum esse censeamus." Dubito adhuc, an elisione ista Tragici omnino abstinuerint. Emendatio etiam Erfurdtii est paulo violentior. Praeterea ex adverso sibi opposita sunt *προδοὺς σώζεσθαι* et *φονεύσας ῥάψαι*. *Videbor, aut me ita servasse, ut te proderem, aut perniciem tibi ita struxisse, ut te ipse occiderem regni tui gratia*. Nam in participio *φονεύσας* equidem non offendo. *ἢ καὶ φονεύσας ῥάψαι μόρον σοι* idem est, ac si dixisset *ἢ καὶ φονεῦσαι σε καὶ τοῦτο ποιήσαι*.

V. 662. *ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν*. Vertunt *in calamitate familiae*. Malim *insuper ad familiae calamitatem*, i. e. insuper ad illa mala, quae iam divinitus familiam insectabantur.

V. 664. *ἔγκληρον ὡς δὴ — γαμῶν*. Musgravius: „Elegantter Reiskius: *γαμῶ*." Dicam potius *pessime*. In eodem errore versatur Marklandus. *Ὡς δὴ* sic cum participio constructum ubivis obvium. Ceterum *γαμῶν* proxime refer ad *ἔγκληρον*, *non*

ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι, καὶ δι' αἰσχύνης ἔχω·
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ χρὴ συνεκπνεῦσαι μέ σοι,
καὶ συσφαγῆναι, καὶ πυρωθῆναί δέμας,
φίλον γεγῶτα, καὶ φοβούμενον ψόγον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὔφημα φώνει. τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά·
ἁπλᾶς δὲ λύπας ἐξὸν, οὐκ οἴσω διπλᾶς·
ὃ γὰρ σὺ λυπρὸν κἀπονείδιστον λέγεις,
ταῦτ' ἔστιν ἡμῖν, εἴ σε, συμμαχθοῦντ' ἐμοὶ,
κτενῶ. τὸ μὲν γὰρ εἰς ἔμ', οὐ κακῶς ἔχει,
πράσσοντ' ἃ πράσσω πρὸς θεῶν, λύσειν βίον·

---

sine dote habiturus. Duxerat enim iam, ut patet ex vv. 678. et 885.

V. 669. *τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά.* Marklando inserendum videtur pronomen *με* post *δεῖ*, quod ut non est necessarium, ita metrum corrumpit. Explica sic: *τὸ φέρειν τἀμὰ κακὰ ἀναγκαῖόν ἐστι.*

V. 671. Marklandus: „Pro *λυπρὸν* bene legi posset *λυγρὸν*, quia posuerat *λύπας* versu antecedenti.“ Immo vel ob hanc ipsam causam praeferendum *λυπρὸν*, neque omnino h. l. *λυγρὸν* satis aptum est. Significat enim proprie *perniciosum.*

V. 672. *ταῦτ'*. Marklandus coniicit *τοῦτ'* propter praegressum *ὃ*. Sed ista negligentia in Graecis scriptoribus est frequentissima.

V. 674. Male quidam comma omittunt post *πρὸς θεῶν*, ponentes post *πράσσω*. Ad *λύσειν βίον* Marklandus comparat Carm. Sepulc. 650. p. 110. ed. Reisk. (Brunck. Anal. III. p. 304.) *τερπνὸν λῦσε βίον.* Nostri Suppl. 1004. *καταλύσουσα βίοτον.* Musgravii Mss. G, et P. *λύσειν*, superscripto *λήγειν.* Ms. alter *λήγειν.*

ἐξαλείφω. to wipe off, efface. th.
ἀλείφω. to anoint.

σὺ δ' ὄλβιός τ' εἶ, καθαρά τ', οὐ νοσοῦντ', ἔχεις
μέλαθρ'· ἐγὼ δὲ δυσσεβῆ καὶ δυστυχῆ.
σωθεὶς δὲ, παῖδας ἐξ ἐμῆς ὁμοσπόρου
κτησάμενος, ἣν ἔσωκά σοι δάμαρτ' ἔχειν,
ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἂν, οὐδ' ἄπαις δόμος
πατρῷος οὑμὸς ἐξαλειφθείη ποτ' ἄν.
ἀλλ' ἕρπε, καὶ ζῆ, καὶ δόμους οἴκει πατρός.
ὅταν δ' ἐς Ἑλλάδ' ἵππιόν τ' Ἄργος μόλῃς,
πρὸς δεξιᾶς σε τῆσδ' ἐπισκήπτω τάδε.
τύμβον τε χῶσον, κἀπίθες μνημεῖά μοι,
καὶ δάκρυ' ἀδελφὴ καὶ κόμας δότω τάφῳ·

τύμβον χυσαντες. και επι στηλη.

V. 675. καθαρά. „felicia, nec ullis caedibus polluta." Brodaeus.

V. 677. σωθεὶς δὲ, παῖδας ἐξ ἐμῆς. Ita Aldus et Codd. Marklandi A. B. In ceteris antiquis editionibus fere omnibus deest ἐξ. Musgravius post Marklandum mavult παῖδάς τ' ἐξ. Ceterum recte Brodaeus: σωθεὶς, ἀντὶ σοῦ δὲ νῦν σωθέντος.

V. 679. Marklandus coniicit:

ὄνομά τ' ἐμοῦ μένοι γ' ἂν, οὔθ' ἅπας δόμος etc.

e quibus μένοι debetur Reiskio. Marklando iudice, innuit Pyladi, ut aliquis ex filiis eius *Orestes* nominetur. Videtur potius hoc velle: si liberos habebis ex sorore mea, mei etiam aliqua erit fama, ut qui vestras nuptias conciliaverim. Ἄπαις autem nullo modo mutari debet. *Nostra familia non interibit* ἄπαις, i. e. nostra familia non interibit, quod futurum est, si erit ἄπαις. Etiam οὐδ' bene se habet. Saepe enim sibi respondent τε et δέ.

V. 681. ἀλλ' ἕρπε, καὶ ζῆ. Citant hunc locum Etymol. M. p. 410. 42. Photius Lexic. p. 45. et Lexicon in Biblioth. Coisl. p. 482.

ἄγγελλε δ', ὡς ὄλωλ' ὑπ' Ἀργείας τινὸς
γυναικὸς, ἁμὰ βωμὸν ἀγνισθεὶς φόνῳ. 685
καὶ μὴ προδῶς μου τὴν κασιγνήτην ποτὲ,
ἔρημα κἠδη καὶ δόμους ὁρῶν πατρός.
καὶ χαῖρ'· ἐμῶν γὰρ φίλτατόν σ' εὗρον φίλων,
ὦ συγκυναγὲ, καὶ συνεκτραφεὶς ἐμοὶ,
ὦ πόλλ' ἐνεγκὼν τῶν ἐμῶν ἄχθη κακῶν. 690
ἡμᾶς δ' ὁ Φοῖβος, μάντις ὢν, ἐψεύσατο·
τέχνην δὲ θέμενος, ὡς προσώταθ' Ἑλλάδος
ἀπήλασ' αἰδοῖ τῶν πάρος μαντευμάτων·
ᾧ πάντ' ἐγὼ δρὺς τἀμὰ, καὶ πεισθεὶς λόγοις,
μητέρα κατακτὰς, αὐτὸς ἀνταπόλλυμαι. 695

V. 687. „ἀγνισθεὶς est *immolatus*. Hesych. ἀγνίσαι, ἀποθῦσαι, διαφθεῖραι.“ Ita bene Reiskius. Brodaeus explicat *caede materna expiatus*.

V. 689. ὁρῶν. Sic recte Marklandus et Musgravius, ut habent omnes Mss. Vulgo προδοὺς ex Aldo, quod translatum et corruptum est ex versu antecedente.

V. 692. ὦ πόλλ' ἐνεγκών. Ita Marklandus et Musgravius ex libris suis omnibus. Idem voluerat Reiskius. Vulgo ὡς πόλλ' ἐνεγκών, quod retinens Barnesius coniiciebat ἄχθη pro ἄχθη. Simile vitium olim obtinebat in Nostri Electr. 683. ὡς δεινὰ ἐξ ἐμῆς μητρὸς παθών.

V. 695. ἀπήλασ'. Ita Heathius. Aldus ἀπήλασεν.

Ibid. αἰδοῖ τῶν πάροι μαντευμάτων, i. e. propter pudorem, quem priora eius vaticinia iniecerant.

αγνιζω. to purify. αγνος. pure —
sanctify.
κηδος, care, affinity, marriage. —

προσωτατα. very far. foremost. προσω.
before. —

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔσται τάφος σοι, καὶ κασιγνήτης λέχος
οὐκ ἂν προδοίην, ὦ τάλας, ἐπεί σ' ἐγὼ
θανόντα μᾶλλον, ἢ βλέπονθ', ἕξω φίλον.
ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθορέν σέ πω
μάντευμα, καίτοι γ' ἐγγὺς ἕστηκας φό-
νου·
ἀλλ' ἔστιν, ἔστιν ἡ λίαν δυσπραξία
λίαν διδοῦσα μεταβολὰς, ὅταν τύχῃ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σίγα· τὰ Φοίβου δ' οὐδὲν ὠφελεῖ μ' ἔπη·
γυνὴ γὰρ ἥδε δωμάτων ἔξω περᾷ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀπέλθεθ' ὑμεῖς, καὶ παρευτρεπίζετε

V. 699. *ἐπεί σ' ἐγώ.* Ita Aldus. Male quaedam editt. *ἐπεὶ δ' ἐγώ.*

V. 701. *διέφθορεν.* Hoc ex Mss. B. et C. reposuit Marklandus, coll. Soph. Electr. 308. Nostr. Med. 349. Hippol. 1014. Aldus et ceterae Editt. *διέφθειρεν.*

Ibid. *σέ πω.* Ita Codd. Mss. omnes. Vulgo ex Aldo *μέ πω.*

V. 702. *ἕστηκας.* Etiam in hoc consentiunt Mss. Idem coniecerant Reiskius, Heathius, alii. Aldus *ἕστηκα.* — Paulo ante Erfurdtius propter Porsoni regulam, quam profert ad Med. 675. legendum putat *καίτοι κἀγγύς.*

V. 704. *ὅταν τύχῃ*, *quando ita acaidit*, i. e. nonnumquam. Similiter Nostr. Electr. 1169. *νέμει τοι δίκαν θεὸς, ὅταν τύχῃ.*

V. 707. *ἀπέλθεθ' ὑμεῖς.* Chori partem compellari putat Marklandus, satellites quosdam Scythas Musgravius. Sed vere Heathius ministros il-

τἄνδον μολόντες τοῖς ἐφεστῶσι σφαγῇ.
δέλτου μὲν αἵδε πολύθυρροι διαπτυχαὶ,
ξένοι, πάρεισιν· ἃ δ' ἐπὶ τοῖσδε βούλομαι,

---

los intelligit, quos e scenâ egrediens Iphigenia ad captivorum custodiam in scena reliquerat. Conf. supra v. 623.

φύλασσετ' αὐτούς, πρόσπολοι, δεσμῶν ἄτερ.

et v. 453. seqq.

Ibid. παρευτρεπίζετε. In Nostri Cycl. 590. παρευτρέπισται significat *male apparatum, neglectum fuit.* Hinc nostrum locum mendosum censet Marklandus, proponitque προσευτρεπίζετε. Non opus, opinor. Explico εὐτρεπίζετε τὰ ἔνδον παρὰ τοῖς σφαγῇ ἑφεστῶσι, *parate, quae intus necessaria sunt, adiungentes vos illis, qui caedi praesunt.* Fit hoc etiam in aliis verbis cum praepositione παρὰ compositis, ut *perversitatis* notionem nunc adiunctam habeant, nunc non habeant.

V. 709. πολύθυρροι. Aldus πολύθρηνοι, ex quo Scaliger et alii fecerant πολύθροοι. Ex Msti Oxoniensis lectione πολύθηροι iam Marklandus inciderat in πολύθυροι, sed respuebat illud Pollucis auctoritate deterritus IV. sect. 18. οἱ δὲ Ἀττικοὶ, γραμματεῖον δίθυρον· καὶ θύρας τὰς πτυχάς, ἄχρι δύο· εἶτα πτυχάς, καὶ τριπτυχον καὶ πολύπτυχον. Ac profecto idem perhibet Hesychius v. θυρὶς, ubi Albertius confert Polluc. Lib. X. seg. 57. p. 1215. Recte tamen Musgravius πολύθυροι recepit, his legibus poetam teneri dubitans. Affert etiam Sylburgium, qui in duabus vetustis Editionibus Rhetoricorum Aristotelis Lib. 3. ita legi testetur. Adde illud, quod non dicit δέλτον πολύθυρον, pro quo fortasse dicendum erat δέλτον πολύπτυχον, sed ipsas διαπτυχὰς δέλτου vocat πολυθύρους, quas ne poterat quidem apte vocare πολυπτύχους.

V. 710. ξένοι. Ita recentiores ex Piersoni coniectura, Veris. p. 20. Confirmat Cod. Oxon. — Aldus ξένοις.

ἀκούσατ᾽· οὐδεὶς αὐτὸς ἐν πόνοις ἀνὴρ,
ὅταν τε πρὸς τὸ θάρσος ἐκ φόβου πέσῃ.
ἐγὼ δὲ ταρβῶ, μὴ, πονοστήσας χθονὸς,
θῆται παρ᾽ οὐδὲν τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
ὁ τήνδε μέλλων δεῦτον εἰς Ἄργος φέρειν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δῆτα βούλει; τίνος ἀμηχανεῖς πέρι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὅρκον δότω μοι, τάσδε πορθμεύσειν γρα-
φας
πρὸς Ἄργος, οἵαι βούλομαι πέμψαι φίλων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἦ κἀντιδώσεις τῷδε τοὺς αὐτοὺς λόγους;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί χρῆμα δράσειν, ἢ τί μὴ δράσειν; λέγε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐκ γῆς ἀφήσειν μὴ θανόντα βαρβάρου.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δίκαιον εἶπας· πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἦ καὶ τύραννος ταῦτα συγχωρήσεται;

V. 711. αὐτὸς. Sic Schaeferus. Libri αὐτὸς, quod mutari voluerant in φὐτός.

V. 712. ὅταν τε. Hanc Canteri coniecturam ex libris suis firmavit Musgravius. Aldus ὅταν γε.

V. 715. Male Aldus τάνδε. Ex duobus Codd. Par. correxit Marklandus.

V. 716. βούλει. Sic Aldus.

V. 719. τοὺς αὐτοὺς λόγους i. e. ὅρκον.

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

[ναί·]
πείσω σφε, καὐτὴ ναὸς εἰσβήσω σκάφος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὄμνυ· σὺ δ' ἔξαρχ' ὅρκον, ὅστις εὐσεβής.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δώσω, λέγειν χρὴ, τήνδε τοῖς ἐμοῖς φίλοις.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τοῖς σοῖς φίλοισι γράμματ' ἀποδώσω τάδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κἀγώ σε σώσω Κυανέας ἔξω πέτρας.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τίν' οὖν ἐπόμνυς τοῖσίδ' ὅρκιον θεῶν;

V. 724. *ναί.* Omittunt hanc vocem Codd. Markl. A. B. et videtur profecto melius abesse. In proximis Marklandus legendum putat *καὐτὸν* (Pyladem) *ναὸς εἰσβήσω σκάφος*, citans eodem usu transitivo Cyclop. 465. *ἐμβήσας σκάφος*, et Hom. Il. *ά*. 309. *ἐσβῆσεν ἑκατόμβην*. At pronomen *αὐτὸν* intelligi potest. *Εἰσβήσω* autem semper est transitivum.

V. 725. *ὄμνυ· σὺ δ' ἔξαρχ' ὅρκον.* Heathius: „Verte: tu, Pylades, iura; tu vero, Iphigenia, „praei verba iurisiurandi.“

V. 726. Aldus male personas ita distribuit: *ΠΥΛ. δώσω. ΙΦΙΓ. λέγειν — φίλοις.* Recte totum versum Iphigeniae tribuunt Codd. Pariss. omnes, ut iam faciendum viderat Reiskius.

V. 729. *τοῖσίδ'.* Aldus et Cod. B. *τοῖσιν.* Cod. Markl. A. *τοῖς*, ut editiones nonnullae. Quod dedimus, placuit Marklando et Musgravio. Praeterea Aldus cum Cod. Markl. C. hunc versum Oresti tribuit, sed Codd. A. et B. Pyladi, quos iure secuti sunt editores Britanni.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἄρτεμιν, ἐν ἥσπερ δώμασιν τιμὰς ἔχω.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐγὼ δ' ἄνακτά γ' οὐρανοῦ, σεμνὸν Δία.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἰ δ' ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀθικοίης ἐμέ;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἄνοστος εἴην. τί δὲ σὺ, μὴ σώσασά με;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μή ποτε κατ' Ἄργος ζῶσ' ἴχνος θείην ποδός.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἄκουε δὴ νῦν, ὃν παρήλθομεν λόγον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλ' αὖθις ἔσται καινὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.

V. 734. Marklandus: „Cod. A. *χθονὸς* pro *ποδὸς*, quasi legisset *Ἄργους* et *χθόνα*. Non male. Nam Euripides saepe ponit *τίθημι ἴχνος*, absque *ποδός*. Sed vulgatam puto praestare."

V. 736. *ἀλλ' αὖθις ἔσται καινὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.* „Immo *κοινὸς*, *ad utrumque nostrum aeque pertinebit*. *Αὖθις*, *rursus*, quemadmodum in iureiurando paulo ante, quod erat commune, et ab utroque susceptum. Sensus et lingua hoc flagitant." Marklandus. Verum unde Iphigenia, ut quae adhuc ignorabat, quid prolaturus esset Pylades, suspicari poterat, hanc rem eiusmodi fore, ut pariter ad utrumque spectaret? Mihi vulgata hoc dicere videtur: At possumus iterum novum facere (scil. *λόγον περὶ τοῦ ὅρκου*), siquidem ita bene se habebit, i. e. possumus repetere sermonem nostrum, et alium facere sive mutanda mutare, si quidem hoc praestabit. Eodem modo etiam alii

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐξαίρετόν μοι δὸς τόδ', ἢν τι ναῦς πάθῃ, 755
χὴ δέλτος ἐν κλύδωνι, χρημάτων μέτα,
ἀφανὴς γένηται, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον,
τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω; πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ·

---

locum ceperunt. Infra v. 999. καινὸν ἐξεύρημα est inventum aliud novum. Piersonus Veris. p. 21. pro καινὸς coniiciebat καιρὸς, Musgravius; ἀλλ' ὀρθὸς ἔσται καί νυν. Pro καλῶς Scaliger sine causa malebat κακῶς. Ceterum Aldus habet αὖτις.

V. 738. χρημάτων μέτα. Marklandus coniicit γραμμάτων μέτα, *cum scriptura*, coll. Iph. Aul. 37. et 382. et nostrae fabulae paulo post v. 746. Nulla enim tunc Pyladi χρήματα fuisse, de quibus sollicitus esset. Verum illud γραμμάτων mirifice languet. Per se enim intelligitur, δέλτῳ pereunte etiam χράμματα peritura. Μετὰ χρημάτων intellige, *cum rebus meis*, non, *cum divitiis*. Atqui habere semper aliquid oportet eum, qui navi longum iter facturus est. Innuit simul Pylades, magis etiam curae sibi fore, epistolam ut servet, quam ut res suas. Verum esse χρημάτων, certissimo indicio sunt verba proximi versus, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον.

V. 739. ἐκσώσω. „Ita, Brodaeo auctore, Edd. recent. nec dissentiunt Mss. — Ed. Ald. ἐκδώσω." Musgravius.

V. 741. πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ, sententia parum perspicua. Marklandus: „Infra v. 865. (Barn.) ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ, ad quam formam debuit hic esse πολλὰ δ' ἐκ πολλῶν κυρεῖ, *multa autem ex multis causis accidunt*. Sed fortasse mendum est in voce πολλῶν. Sensus enim ducit

τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς
λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαί φίλοις·
ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ· ἢν μὲν ἐκσώσῃς γραφήν,
αὐτὴ φράσει σιγῶσα τἀγγεγραμμένα·
ἢν δ' ἐν θαλάσσῃ γράμματ' ἀφανισθῇ τάδε,
τὸ σῶμα σώσας, τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

καλῶς ἐλεξάς τῶν θεῶν ἐμοῦ θ' ὕπερ.

---

ad, *multa enim navigantibus accidunt*, quasi subesset aliquid a πλέω. " Poterat etiam afferre Hec. 688. ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ. Sed πολλὰ δ' ἐκ πολλῶν κυρεῖ legi non potest, quae sententia ab hoc nexu abhorret. Musgravius conficit πολλὰ γὰρ πλοίῳ κυρεῖ, et postea minus etiam feliciter πόλλ' ἄγρα πολλῶν κυρεῖ *multa invenit* (vel *consequitur*) *multorum venatio*. Locum corruptum esse persuadere mihi non possum. *Multa nanciscuntur multa* fortasse esse possit, multiplex multorum est fortuna sive facile alicui aliquid accidere potest. Hoc modo voce πολλὰ continebitur πολλοί. Nam πολλῶν pro masculino haberi nolim. Hermanno πολλὰ πόλλων dictum videtur pro πλεῖστα, de quo propterea dubito, quod κυρεῖν fere cum genitivo iungitur. Omnium tamen simplicissima videtur Heathii explicatio: „multa multa obtinent, aut, per plurima plurimis prospicitur." Similiter Nostrates: Viel hilft viel.

V. 743. Recte Marklandus πάντ' refert ad ἐγγεγραμμένα, conferens Iphig. Aul. 113.; sed ut ideo comma ponatur post πάντ', certe non opus est.

V. 747. Notant hunc versum ob sigmatismum Barnesius et Porsonus ad Med. 476.

V. 748. Marklandus praetulerit τῶν θεῶν τ' ἐμοῦ θ' ὕπερ.

σήμαινε δ', ᾧ χρὴ τάσδ' ἐπιστολὰς φέρειν
πρὸς Ἄργος, ὅ, τι τε χρὴ κλύοντά σου λέγειν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄγγελλ' Ὀρέστῃ παιδὶ ταγαμέμνονος·
ἣ ν Αὐλίδι σφαγεῖσ' ἐπιστέλλει τάδε
ζῶσ' Ἰφιγένεια, τοῖς ἐκεῖ δ' οὐ ζῶσ' ἔτι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ποῦ δ' ἔστ' ἐκείνη; κατθανοῦσ' ἥκει πάλιν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἦδ', ἣν ὁρᾷς σύ· μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με.
κόμισαί μ' ἐς Ἄργος, ὦ σύναιμε, πρὶν θανεῖν,

V. 749. ᾧ. Marklandus: „Pro ᾧ Cod. B. ὡς: quod vult, opinor, οἷς. Vid. v. 727.“

V. 751. τἀγαμέμνονος. Ita Aldus. Marklandus ex Cod. C. τῷ ταγαμέμνονος. Sed ut dicimus τἀνδρὸς, τἀσθενοῦς, non τοῦ ἀνδρὸς, τοῦ ἀσθενοῦς, ita etiam τἀνδρὶ, τἀσθενεῖ, et τἀγαμέμνονος, non τῷ ταγαμέμνονος.

V. 755. Male Aldus ἦνδ', ἣν ὁρᾷς.

Ibid. μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με. Marklandus scribendum esse monet, μὴ λόγου δ' ἔκπλησσέ με, *ne me excute ex sermone*, ne me loquentem interpella, comparatque Orest. 548. Aeschyl. Prom. 360. et Hemsterhus. ad Thom. M. v. ἐκπλήττειν. Si quid mutandum est, malim λόγων. Sed genitivus iste potest intelligi, ut etiam nos dicimus absolute: Bringe mich durch Dazwischenreden nicht heraus.

V. 756. Recte iudicat Barnesius, haec ipsa esse verba epistolae, quae Iphigenia vel legebat, vel repetebat.

ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ μετάστησον θεᾶς
σφαγίων, ἐφ' οἷσι ξενοφόνους τιμὰς ἔχω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, τί λέξω; ποῦ ποτ' ὄνθ' εὑρήμεθα;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἢ σοῖς ἀραία δώμασιν γενήσομαι,
Ὀρέσθ', — ἵν' αὖθις ὄνομα δὶς κλύων μάθῃς.

V. 757. *θεᾶς Σφαγίων.* Toupius Appendic. not. in Theocrit. p. 30. proponit *θέας* pro *θεᾶς*, *amove me ab adspectu harum victimarum.* Fallitur. Major vis in lectione librorum, qua amoveri cupit Iphigenia, non ab adspectu victimarum, sed ab ipso, cui praeerat, cruento munere. Immolare enim se ipsam hospites dicit, i. e. morti eos destinare. Corrigebat Toupius, quod ad *σφαγίων* requirebat dativum *θεᾷ*. Sed vid. supra ad v. 443. coll. Matthiae Gramm. Graec. §. 313. p. 451.

V. 758. *ξενοφόνους.* Ita vere Marklandus ex Codd. A. B. et Oxon. Vulgo *ξενοκτόνους* contra metrum.

V. 759. Mavult Marklandus *εὑρήμεθον* ob praecedens *ὄντε*. Non opus. Vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 300. p. 417. Male quaedam *ηὑρήμεθα*. Recte Aldus *εὑρήμεθα*.

V. 760. *ἀραία — γενήσομαι.* Bene *ἀραία* active accipiunt, *diras imprecabor.* Vid. Musgr. ad Hippol. 1433.

V. 761. *ἵν' αὖθις — μάθῃς.* Lineola haec a praecedentibus epistolae verbis distinximus. Semet ipsa enim Iphigenia interrumpit in epistolae recitatione.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὦ θεοί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἐμοῖς; 780

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐδέν· πέφαινε δ', ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τάχ' οὖν ἐρῶ· τῶν δ' εἰς ἅπιστ' ἀφίξομαι·

V. 762. In Sophoclis Philocteta v. 736. legimus haec:

ἰὼ θεοί.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς;

Emendandum puto ad normam nostri loci aliorumque:

ὦ θεοί.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοὺς θεο.. ὧδ' ἀναστένων καλεῖς;

Hic versus enim respondet versui 733.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί ἔστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδὲν δεινόν. ἀλλ' ἴθ', ὦ τέκνον.

Senariorum inaequaliter divisorum exempla aliquot proposui de Verss. Dochm. p. 247. not. Videtur enim parvum antistrophicum systema. Circa medium versum 735. οὐ δῆτ' ἐγώγ', moventur duae strophulae, quarum proxima duos senarios, altera exclamationes ἆ ἆ ἆ continet. De confusis ὧδε et οὕτως vid. Porson. Supplem. Praef. ad Hec. p. XXXVIII. ed. Angl.

V. 764. Hic versus in Aldina Pyladi continuatur legiturque sic:

τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἅπιστ' ἀφίξομαι.

Marklandus ita disputat: „Mentem huius iambi,

λέγ', οὔνεκ' ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου θεὰ
Ἄρτεμις ἔσωσέ μ', ἣν ἔθυσ' ἐμὸς πατὴρ,
δοκῶν ἐς ἡμᾶς ὀξὺ φάσγανον βαλεῖν,
εἰς τήνδε δ' ὤκισ' αἶαν. αἴδ' ἐπιστολαί,
τάδ' ἐστὶ τἀν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὦ ἐφδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με.
κάλλιστα δ' ὀμόσας, οὐ πολὺν σχήσω
χρόνον,

---

qui Pyladi tribuitur, non assequor. Tantundem, si Iphigeniae assignetur, et legatur, *τάχ' οὖν σ' ἐρωτῶ* etc. Aldina eum legit interrogative. Personam *ΙΦΙ.* (v. 765.) omittit Cod. A. si quid inde auxilii. " Recte vidit, versum esse Iphigeniae, quod ipsa Codicis A. lectio quodammodo confirmat, sed quomodo illud *σ' ἐρωτῶ'* intelligi velit, non perspicio. Mutavimus unam litteram *σ'* in *δ'*, quas easdem litteras paulo ante confusas vidimus ad v. 739. *Τῶν* valet *τούτων*, scil. *ἃ σοι ἐπιστέλλω*, ut saepe apud Tragicos. (vid. Brunck. ad Oed. Reg. 1082. coll. Aeschyl. Agam. 6. Soph. Oed. Col. 742.) *Statim igitur dicam, iam in eo sum ut dicam. Veniam autem ad ea, quae in his incredibilia sunt.* Modus enim maxime, quo servata erat, fidem excedebat. Hermannus hunc versum collocandum putat infra post v. 793., legendumque *τάχ' οὖν ἐρωτῶ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι*, quod mihi parum probabile est.

V. 768. *ὦκισ'*. Codd. A. C. *ὦκησ'*.

V. 769. *ἐστὶ τἀν*. Ita recte Musgravius ex Plutarcho Apophthegm. p. 182. E. Ed. Wech. (Op. Mor. p. 319.) quem iam Marklandus sequendum putaverat. Vulgo *ἐστιν ἐν*. Pro *τάδ'* Plutarchus legit *ταῦτ'*.

V. 771. *ὀμόσας*. Bene sic Marklandus ex Cod. C. in quo haec lectio vulgatae *ὀμόσασ'* superscripta

τὸν δ' ὅρκον, ὃν κατώμοσ', ἐμπεδώσομεν. 790
ἰδού, φέρω σοι δέλτον ἀποδίδωμί τε,
Ὀρέστα, τῆσδε σῆς κασιγνήτης πάρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δέχομαι, παρεὶς δὲ γραμμάτων διαπτυχὰς,
τὴν ἡδονὴν πρῶτ', οὐ λόγοις, αἰρήσομαι.
ὦ φιλτάτη μοι σύγγον', ἐκπεπληγμένος 795
ὅμως ἀπίστῳ περιβαλὼν βραχίονι,
εἰς τέρψιν εἶμι, πυθόμενος θαυμάστ' ἐμοί.

---

est. Monet idem, versum antecedentem, in cuius fine male vulgo comma ponunt, absolutam per se sententiam efficere, ut Soph. Philoct. 1441. et Nostr. Iphig. Aul. 1334. Dicit hoc: ita iuravi, ut optime et facillime iusiurandum servare possim, neque me diu continebo, sed etc.

V. 775. Recte reddunt: accipio, omittens vero litterarum plicas (i. e. epistolam) voluptatem primum non verbis, *at factis*, capiam.

V. 777. Secuti sumus Marklandum. Aldus:
ὦ φιλτάτη μοι σύγγον' ἐκπεπληγμένη.
ὅμως ἀπιστῶ. περιβαλὼν βραχίονι,
Musgravius tamen Aldi lectionem prodit ἐκπεπληγμένος. Certe sic habent Marklandi Codd. A. B. O
— Oxon. ἐκπεπλημένος, C. ἐκπεπληγμεν, quam utramque postremam lectionem idem velle manifestum est. Vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 789. — Vertit Marklandus: o carissima mihi soror, *quamvis* attonitus, tamen te amplexus brachiis non credentibus, ad gaudium ibo. Unum Marklandus praetervidit, delendum esse comma post ἐκπεπληγμένος. Cohaerent enim ἐκπεπληγμένος ὅμως. Hermannus mavult ἀπιστῶν, quod praetulissem, nisi nimia fieret participiorum multitudo. Musgravio placet ἐκπεπληγμένην.

ΧΟΡΟΣ.

ξεῖν', οὐ δικαίως τῆς θεοῦ τὴν πρόσπολον
χραίνεις, ἀθίκτοις περιβαλὼν πέπλοις
χέρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ συγκασιγνήτη τε, κἀκ ταὐτοῦ πατρὸς
Ἀγαμέμνονος γεγῶσα, μή μ' ἀποστρέφου,
ἔχουσ' ἀδελφὸν, οὐ δοκοῦν ἔξειν ποτέ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγώ σ' ἀδελφὸν τὸν ἐμόν; οὐ παύσει λέ-
γων;
τὸ δ' Ἄργος αὐτοῦ μεστὸν, ἥ τε Ναυπλία.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστ' ἐκεῖ σὸς, ὦ τάλαινα, σύγγονος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλ' ἦ Λάκαινα Τυνδαρὶς σ' ἐγείνατο;

V. 784. *δοκοῦν*. Ita optime Barnesius, a quo recentiores recedere non debebant. Similiter Noster Hec. 506. Vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 564. p. 821. sqq. Ex ceteris virorum doctorum coniecturis una ferri potest, quam protulit Reiskius, *δοκοῦσ'*. Nam quas in medium profert Marklandus, *ἔχω σ' ἀδελφὴν, οὐ δοκῶν*, vel *ἔχοντ' ἀδελφὴν, οὐ δοκοῦντ'*, vel *ἔχουσ' ἀδελφὸν, σ' οὐ δοκοῦντ'*, harum utramque priorem admitti non patitur Iphigeniae responsio, tertia nimis a libris recedit.

V. 786. Pro *μεστὸν* Marklandus coniicit *γ' ἐστὸν*, Musgravius *γεῖτον*. Male uterque. *Ἄργος μεστὸν αὐτοῦ ἐστι*, *Argos plenum est illo*, non significat *Argos eum habet*, sed *Argos ab illo frequentatur*. Apte Erfurdtius confert Porsoni notam ad Orest. 54. Cf. Schaef. ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 441. not.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς ἐκπέφυκ' ἐγώ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί φῄς; ἔχεις τι τῶνδέ μοι τεκμήριον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔχω· πατρῴων ἐκ δόμων τι πυνθάνου.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκοῦν λέγειν μὲν χρὴ σέ, μανθάνειν δ' ἐμέ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγοιμ' ἂν ἀκοῇ πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε·

V. 789. Pro *γε* vulgo legitur *τε*. Sed reliquam etiam lectionem, in qua neminem haesisse mireris, vix aliter poteris defendere, quam ut ad *ἐκπέφυκα* intelligas *αὐτῆς*. Nam dativum *παιδὶ* per genitivum explicare durissimum mihi videtur. At neque illa explicatio offensione caret. Euripidem dedisse puto:

Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς, οὗ πέφυκ' ἐγώ.

Noster Heracl. 510.

πατρὸς δ' ἐκείνου φύντας, οὗ πεφύκαμεν.

Ad *Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς* intellige ex Iphigeniae verbis *ἐγείνατό με Τυνδαρίς*.

V. 793. Aldus:

λέγοιμ' ἄν· ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε.

Vere vidit Piersonus Veris. p. 22. Orestem primum ea velle afferre, quae ex Electra audiisset, deinde demum addere, quae ipse vidisset. Apertum hoc est ex versu 804.

ἃ δ' εἶδον αὐτὸς, τάδε φράσω τεκμήρια.

Illud igitur dubium esse non potest, veram esse lectionem Codd. A. B. *Ἠλέκτρας*, quod ipsum volnerat Piersonus, qui duplici modo legi posse monet, vel: —

ὑφή. texture
συ. πηγος. web.

πλοκη. a winding contexture.
συμιτος. finely woven.
συ. μιτος. a thread.

Ἀτρέως Θυέστου τ᾽ οἶσθα γενομένην ἔριν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἥκουσα χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ᾽ ἦν πέρι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ταῦτ᾽ οὖν ὑφῆνας᾽ οἶσθ᾽ ἐν εὐπήνοις ὕφαις;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλτατ᾽, ἐγγὺς τῶν ἐμῶν κάμπτει φρενῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰκώ τ᾽ ἐν ἱστοῖς, ἡλίου μετάστασιν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὕφηνα καὶ τόδ᾽ εἶδος εὐμίτοις πλοκαῖς.

λέγοιμ᾽· ἀκούω πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε·
Ἀτρέως Θυέστου τ᾽ οἶδα γενομένην ἔριν.

vel:

λέγοιμ᾽· ἀκούων πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε,
Ἀτρέως Θυέστου τ᾽ οἶδα γενομένην ἔριν.

In quibus primum male abest ἄν ad λέγοιμι, deinde proximo versu manifesto vera est Brubachii lectio οἶσθα. Lenissima est Reiskii et Marklandi emendatio pro ἄκουε legentium ἀκοῇ, quam recepimus: *Dicam primum haec, quae ex Electra audivi.* Musgravius mavult ἀκοὴν, coll. Phoeniss. 826. et Themist. Orat. X. ἐρῶ δὲ οὐκ ἀλλοτρίαν ἀκοήν. Quem autem offendunt duo unius personae trimetri, is monendus est, novam hinc ordiri colloquii partem. Quae Hermanni sententia sit, dictum est ad v. 764.

V. 794. οἶσθα. Ita Barnesius et Marklandus ex Brubach. Aldus ὄιδα. Stiblinus οἶδας.

V. 795. ἡνίκ᾽ ἦν. Barnesius non male οὔνεκ᾽ ἦν. Sed genuina vulgata, quae idem fere dicit. Vid. quae notavimus ad Troad. v. 70. Male Musgravius et Marklandus ἦν εἶχον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ λοῦτρ' ἐς Αὐλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἶδ'· οὐ γὰρ ὁ γάμος ἐσθλὸς ἂν μ' ἀφείλετο;

V. 800. „De lavatione nuptiali conferri possunt v. 361. (349. Barn.) Hercul. Fur. 482. Mihi nihilominus mentio eius hoc in loco incommoda et aliena videtur. Nam si Graecorum consuetudo fuit, (fuisse autem videtur) ut sponsa ante nuptias a matribus lavaretur, falsus Orestes, aeque ac verus, hoc argumento uti potuisset." MUSGRAV. Immo moris erat, ut iis, qui nuptias facerent, λοῦτρα mitterentur, aut ipsi illi ferenda sibi cucurrent. Vid. Hesych. v. λουτροφόρα ἄγγη et λουτροφόρος, coll. Suida v. λουτροφόρος atque ad eum Kustero, Polluce Lib. III. 43. Etym. M. p. 568. 57. sqq. Videtur autem hoc insolens fuisse, quod etiam absenti filiae Aulidem usque Clytaemnestra lavacra ista miserat. Nam ita demum Iphigeniae responsio explicari potest.

V. 801. οὐ γὰρ ὁ γ. etc. Vertunt: *nam nuptiae me abstulerunt non bonae.* In quo offendit maxime insolentior collocatio negationis. Equidem interrogationis signum in fine versus addidi: nonne enim nuptiae illae, quae satis felices erant, illi me abstulerant? Praesens igitur lavacra a matre accipere non poteram, sed illa, nobilissimum virum Achillem ducturum me sperans, munus illud Aulidem mihi misit. Verbo ἀφαιρεῖσθαι eodem modo saepius Noster utitur, ut Androm. 614.

πολιοὺς τ' ἀφείλου πατέρας εὐγενῆ τέκνα,
ὧν εἷς ἐγὼ δύστηνος.

Confer supra v. 25.

μητρὸς παρείλοντ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί γάρ; κόμας σὰς μητρὶ δοῦσα σῇ φέ- 820
ρειν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μνημεῖά γ' ἀντὶ σώματος τοὐμοῦ τάφῳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἃ δ' εἶδον αὐτὸς, τάδε φράσω τεκμήρια,
Πέλοπος παλαιὰν ἐν δόμοις λόγχην πατρὸς,
ἣν χερσὶ πάλλων, παρθένον Πισάτιδα

V. 802. *τί γάρ;* Interrogationis signum apposuit Schaeferus, ut iam Reiskius voluerat.

Ibid. *δοῦσα.* Marklandus intelligit *ἧς* vel *ἧσθα.* Addit tamen: „nihilominus qui Euripidi assueti sunt, haerebunt in voce *δοῦσα.*" Non haerebunt, si ad *δοῦσα* intelligant *οἰσθα* ex praegresso *οἶδα*, quod video etiam Reiskium subaudire. Errat autem Marklandus, quum putat, nullam fore difficultatem, si legatur *μητρὶ ἔδωκε τῇ σῇ φέρειν.* Nam ι dativi non eliditur.

V. 803. *τάφῳ.* Musgravius: „vox *τάφῳ* quid hic faciat, non assequor. Legendum, ni fallor, *τροφῷ*, *nutrici*, quo nomine hic matrem intelligit. Sic enim Soph. Aj. v. 865. etc." Moritura in Aulide Iphigenia de cenotaphio videtur cogitasse Argis a matre sibi exstruendo. In quo tumulo quum ipsi sui cineres, utpote in Aulide sepeliendi, condi non possent, aliquod certe corporis sui monumentum ibi matrem habere voluit. Tale cenotaphium Orestes quoque supra a Pylade Argos reverso sibi exstrui cupit v. 624.

τύμβον τε χώσον κἀπίθες μνημεῖά μοι,
καὶ δάκρυ' ἀδελφῇ, καὶ κόμας δότω τάφῳ.

Quamquam hic quidem non de Orestis, sed de Electrae capillis sermo est.

V. 806. *Πισάτιδα.* Aldus *Πισσάτιδα.* Vid. supra ad v. 1.

ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανὼν, 825
ἐν παρθενῶσι τοῖσι σοῖς κεκρυμμένην.

στροφὴ ά.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλτατ', οὐδὲν ἄλλο, φίλτατος γάρ εἶ,
ἔχω σ' Ὀρέσταν τηλύγετον χθονὸς ἀπὸ
πατρίδος,

V. 808. τοῖσι σοῖς. „Ita Codd. A. B. et Aldina. — In multis edd. deest τοῖσι.“ Markland.

V. 809. sqq. Antistrophicam huius carminis rationem aperuimus de Verss. Dochm. a p. 215. Colloquium inter Orestem et Iphigeniam pertinet usque ad v. 843. δαίμονος τύχᾳ τινός, continetque duo strophiarum systemata, alterum longius, brevius alterum. Prioris systematis schema hoc est:

ά ά μεσ. γ γ

Posterius ab hoc non differt, nisi quod caret mesodo. In toto carmine eadem ubique persona respondet, praeterquam in initio strophiarum ά et, quae in systematis ordine his ex adverso positae sunt, strophiarum γ', ubi hic Iphigenia, illic Orestes senarium initialem habet. Colloquio finito omnis oratio Iphigeniae est, atque in hac quidem suam quaeque strophiam antistropha proxime sequitur.

V. 809. ὦ φίλτατ', οὐδὲν ἄλλο, scil. ἢ τοῦτο. Sensus: O carissime, nullo alio nomine mihi compellande, es enim vere carissimus. Nescio quid in hac formula haereat Marklandus, quam etiam in Sophocle memini me legere.

V. 810. Vulgo Ὀρέστα. Emendationem metrum poscit. Sunt tres dochmii, quos antecedit iambus. Qui in antistropha iambo oppositus est spondeus, is eandem excusationem habet, quam in Soph. Oed. Reg. v. 1357. τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν ἦ, quibus respondent haec, οὐκοῦν πατρός γ' ἂν φονεύς.

Ἀργόθεν, ὦ φίλος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κἀγὼ σε τὴν θανοῦσαν, ὡς δοξάζεται.

στροφὴ β'.

κατὰ δὲ δάκρυ' ἀδάκρυα, κατὰ δὲ γόος
ἄρα χαρᾷ,
τὸ σὸν ἐοτίζει βλέφαρον, ὡσαύτως δ' ἐμόν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τόδ' ἔτι βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαι-
σι νεαρὸν τροφοῦ, νεκρὸν ἐν δόμοις.

ἀντιστροφὴ α'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ.

V. 813. Antistropha docet, hunc versum esse senarium, neque omnino Orestes in toto hoc carmine nisi senarios habet, utpote virili ille atque sedatiori animo. Versus anapaesticum habet initium, nisi forte alterum δὲ delendum est. Vulgo legitur κατὰ δάκρυα, δάκρυα, quod emendavit Musgravius, quum in Codd. A. B. invenisset κατὰ δὲ δάκρυ' κατὰ δὲ γόος. Markiandus recte explicat *mixtae gaudio lacrimae*) et κατὰ refert ad ἐοτίζει.

V. 815. Aldus τό δέ τι βρέφος ἔλιπον, ex quo Barnesius faciebat τόδ' ἔτι. Legendum videtur vel τότε δὲ τόδ' ἔτι βρέφος ἔλιπον, vel, ut olim proposui, τότε δ' ἔτι βρέφος σ' ἔλιπον, ut ultima in ἔτι producatur, vid. supra ad v. 170. coll. de Verss. Dochm. p. 21. not. Ἀγκάλαισι habent Codd. A. B. Vulgo ἀγκάλαις.

V. 817. Masculinum participii genus hunc versum neque cum sequentibus coniungi, neque omnino Iphigeniae, cui vulgo assignatur, tribui patitur. Si Oresti tribuimus, quod cum systematis ordine convenit, mutandi necessitatem evitamus.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ψυχὰ, τί φῶ; θαυμάτων πέρα καὶ λόγου
πρόσω τάδ' ἀπέβα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

820 τὸ λοιπὸν εὐτυχοῦμεν ἀλλήλων μέτα.

μεσῳδός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον, ὦ φίλαι·
δέδοικα δ', ἐκ χερῶν με μὴ πρὸς αἰθέρα
ἁμπτάμενος φύγῃ.

Nudum ὦ εὐτυχῶν pro ὦ εὐτυχῶν ἐγὼ eodem modo dictum puto, quemadmodum Hippol. v. 570.

ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.

cf. Med. 1028. Hec. 736. Ita saepe ὦ τάλας, ὦ τλήμων et similia dicuntur pro ὦ ἐγὼ τάλας, ὦ ἐγὼ τλήμων. Accedit, quod Aldus post ἐμοῦ plene interpungit. Sensus est: O magis me felicem, quam in verbis meis, i. e. quam verbis declarare possum. Musgravius ellipsin putat esse, pro ἢ λόγοισιν εἰπεῖν, comparans Nostri Suppl. 844. πρεῖσσόν ἢ λέξαι λόγῳ.

V. 818. ψυχὰ, τί φῶ; Suam ipsius animam alloquitur Iphigenia ex noto Tragicorum more. Sic infra v. 856. Med. 1242. ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου, καρδία. — Musgravius: „Excerpt. Put. ψυχᾶ."

V. 819. Scripsi cum Reiskio ἀπέβα. Vulgo ἐπέβα. Nota est formula Nostri τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

V. 821. Mesodum insignem reddit senarius utrimque a dochmiis inclusus.

V. 822. ἁμπτάμενος. Ms. B. ἁμπταμενον. Marklandus coniicit ἁμπτομένα. Quidni ἁμπταμένα? Androm. 1220. ἁμπτάμενα πάντα φροῦδα κεῖται. Sed adiectum ἐκ χερῶν quodammodo indicat, de ipso Oreste, quem amplexa tonebat, Iphigeniam loqui.

στροφὴ γ'.

ἰὼ Κυκλωπίδες ἑστίαι, ἰὼ πατρὶς,
Μυκήνα φίλα, χάριν ἔχω ζωᾶς, 845
χάριν ἔχω τροφᾶς,
ὅτι μοι συνομαίμονα
τόνδε δόμοισιν ἐξεθρέψω φάος.

ἀντιστροφὴ β'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

γένει μὲν εὐτυχοῦμεν, εἰς δὲ συμφορὰς, 850
ὦ σύγγον', ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγὼ δ' ἃ μέλεος οἶδ', ὅτε φάσγανον
δέρα θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ.

ἀντιστροφὴ γ'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἴμοι· δοκῶ γὰρ οὐ παρὼν σ' ὁρᾶν ἐκεῖ. 855

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀνυμέναιος, ὦ σύγγον', Ἀχιλλέως.

V. 824. Vulgo utrobique ὦ. Versus trimeter est iambicus. Anapaestum excusat nomen proprium, hiatum exclamatio. Cf. Aeschyl. Agam. 1248.

ὀτοτοὶ Λυκεῖ' Ἄπολλον, οἵ ἐγὼ ἐγώ.

Aristoph. Ran. 37.

ἔδει τραπέσθαι, παιδίον, παῖ, ἠμὶ, παῖ.

coll. Nub. 1145.

V. 828. Vulgo δόμους.

V. 831. ἐγὼ δ' ἃ μέλεος. Cod. A. ἐγὼ δὲ μέλεος, ex quo illud feci. Vulgo ἐγὼ μέλεος. Οἶδα hic fere idem est quod μέμνημαι, in memoriam mihi revoco illud, quum etc. Vid. supra ad v. 795.

V. 834. Ad vocativum σύγγον' adiiciendum fuit ὦ, quod vulgo deest.

εἰς κλισίαν λέκτρων
δολίαν ὅτ' ἀπαγόμαν·
παρὰ δὲ βωμὸν ἦν δάκρυα καὶ γόοι.

στροφὴ δ'.

φεῦ, φεῦ χερνίβων τῶν ἐκεῖ.

στροφὴ ε'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὤμωξα κἀγὼ τόλμαν, ἣν ἔτλη πατήρ.

ἀντιστροφὴ δ'.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀπάτορ', ἀπάτορα πάτμον ἔλαχον.

στροφὴ ϛ'.

ἄλλα δ' ἔξ ἄλλων κυρεῖ —

V. 835. *λέκτρων*. Ita Codd. Par. omnes. Aldus *λίκνων*. Construi possit *ὅτε ἀνυμέναιος λέκτρων Ἀχιλλέως ἀπαγόμαν εἰς δολίαν κλισίαν*, in qua scil. mactata est Iphigenia. Sed praestat coniungere quae poeta coniunxit, *ἀνυμέναιος Ἀχιλλέως, nullis Achilli nuptiis iuncta*, et *κλισία λέκτρων δολία, tabernaculum nuptiale fraudulentum*, i. e. tabernaculum nuptiale, ut per fraudem dictum mihi erat. Minus poeticum est Musgravii *κλισία λέκτρων δολίων*, quamvis supra v. 523. sq. habuerimus *λέκτρα δόλια*. Recentiorum editionum lectio *δολίην* auctoritate caret. Marklandi libri A. B. et Aldus habent *δολίαν*.

V. 836. *ὅτ' ἀπαγόμαν*. Vulgo *ἀγόμαν*. Possis etiam *ὁπότ' ἀγόμαν*.

V. 838 — 840. Hanc personarum distributionem, quam antistropharum ratio poscit, dudum sensu duce restituerat Tyrwhittus. Vulgo versus 838. Oresti tribuitur et 839. Iphigeniae. Ante *ἐκεῖ* versu 838. adiecimus articulum *τῶν*, quem abesse nec lingua patitur nec metrum.

V. 841. Hic versus una cum proximis vulgo

ἀντιστροφὴ ε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ σόν γ' ἀδελφὸν, ὦ ταλαιν', ἀπώλεσας.

ἀντιστροφὴ ς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δαίμονος τύχᾳ τινός.

στροφὴ ζ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας. δεῖν' ἔτλαν, δεῖν' ἔτλαν,
ᾧ μοι σύγγονε.

ἀντιστροφὴ ζ.

παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον ἀνόσιων
ἐξ ἐμᾶν

Oresti tribuitur usque ad verba δεινᾶς τόλμας. Sed, ut monitum est, Orestes nonnisi senarios habet.

V. 842. ἀπώλεσας verte occidisses.

V. 843, Interruperat Iphigeniae orationem Orestes, quam illa iam continuat. Similiter Eur. Electr. 966.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ Φοῖβε, πολλήν γ' ἀμαθίαν ἐθέσπισας —

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὅπου δ' Ἀπόλλων σωτὴρ ἦ, τίνες σοφοί;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅστις μ' ἔχρησας μητέρ', ἣν οὐ χρῆν, κτανεῖν.

V. 847. ἀπέφυγες. Ita voluerunt Musgravius. Vulgo ἀμπέφυγες. Et ita iam Brubach. Ante π passim a librariis additum est μ. Vid. Salmas. ad dedicat. statuae Regillae p. 87. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 35. ubi Schaef. addit Dorvill. ad Charit. p. 656. Aldus ἀμφέφυγες. Ἀμπέφυγες miror defendi ab Henr. Steph. Thes. IV. p. 131.

δαϊχθεὶς χειρῶν.

στροφὴ ή.

ἀ δ' ἐπ' αὐτοῖς τίς τελευτά;

ἀντιστροφὴ ή.

τίς τύχα μοι συγκυρήσει;

στροφὴ θ'.

τίνα σοι πόρον εὑρομέ-
να, πάλιν ἀπὸ πόλεως, ἀπὸ φόνου, πέμψω
πατρὶδ' ἐς Ἀργείαν,

ἀντιστροφὴ θ'.

πρὶν ἐπὶ ξίφος αἵματι
σῷ πελάσαι, τόδε σὸν, ὦ μελέα ψυχά,
χρέος ἀνευρίσκειν,

στροφὴ ι'.

πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ,
ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ,

V. 850. et 851. Haec sibi respondere me prior vidit Hermannus, qui recte etiam *αὐτοῖς* et *συγκυρήσει* pro vulgatis *αὐτοῖσι* et *συγχωρήσει* correxit. Noster Ion. 1448. *πόθεν μοι συνέκυρσ' ἀδόκητος ἡδονά;*

V. 853. *πόλεως*. Reiskius coniicit *πελέκεως*. Sed probum est illud. Verte, *ab hac urbe*.

V. 856. „In Codd. A. B. C. *πελάσαι*. Oxon. *παλάσαι*. Vulgo *παλαῖσαι*. Vera videtur Scaligeri coniectura *παλάξαι* propter Homericum illud Odyss. N. 395. *αἵματί τ' ἐγκεφάλῳ τε παλαξέμεν ἄσπετον οὖδας*. Hesychius: *παλάξαι. βρέξαι.*" Marklandus. Retineri potest, quod plerique libri habent, *πελάσαι*, si metra cum Hermanno ita constituas, ut iam fecimus. In stropha *πόλεως* disyllabum est. Verbi *πελάζειν* insolentior etiam usus est in Nostri Hel. 361.

αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἄμιλλαν.

Ibid. Libri vocem *τόδε* duplicant.

δαΐζω. to divide, [illegible], around. -th δαίω. -

χρέος. debt. death. need.

Sexcuds · flight

θανάτῳ πελάσεις ἄρα, βάρβαρα φῦλα καὶ
δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων; διὰ Κυανέας
μὴν
στενοπόρου πέτρας, μακρὰ κέλευθα να-
ἴοισιν δρασμοῖς.
ἀντιστροφὴ ι.
τάλαινα, * * * *

V. 860. ἄρα. Marklandus coniicit ἀνὰ, quod olim mihi placebat. Sed in vulgata nulla est offensio. Scaligeri κάρα metrum non fert.

V. 861. δι' ὁδούς. Ita Reiskius. Vulgo διόδους. Ad ὁδοὺς accommodatius est epitheton ἀνόδους, quam ad διόδους, cui melius conveniret ἀδιάδους. Praeterea διοδοι ἄνοδοι exercitibus quidem, sed non pediti difficiliores sunt quam ὁδοὶ ἄνοδοι. Construendum autem est διὰ βάρβαρα φῦλα καὶ δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων. Vid. supra ad v. 392.

V. 862. στενοπόρου. Ita Aldus et Cod. B. ut coniecit Piersonus Veris. p. 15. coll. supra v. 230. 728. Androm. v. 793. — Cod. A. στεινοπόρου. Vulgo στενοπόρους, quod primum habent Brub. et Hervag. Paulo post μὴν tentandum non puto. Sensus est: An hortabor, ut terrâ iter faciens per barbaras gentes et locorum invia mortis periculum obeas? Per angustias rupis Cyaneae certe quidem difficillimum est navi effugere propter transitum longissimum. Dicit igitur Iphigenia, utramque viam, qua reverti Orestes possit, aeque esse difficilem et periculosam, neque plane non habere, quo consilii se vertat.

V. 863. ναΐοισιν. Aldus ναίοισι. Vulgo ναίοις.

V. 864. Hic excidisse nonnulla, metris antistrophicis docemur. Priscum codicem, ex quo ceteri descripti sunt, hoc loco lacerum fuisse, etiam proximi versus demonstrant, quorum syllabae finales perierunt. Quo autem lacunae loco voces τάλαινα, τάλαινα antiquitus collocatae fuerint, incertum est.

τάλαινα, * * * *
τίς ἂν οὖν ταῦθ' ἅν, ἢ θεὸς, ἢ βροτὸς, ἢ τί
τῶν ἀδοκήτων, ἄπορον πόρον ἐξανύσας,
δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν φανεῖ
κακῶν ἔκλυσιν;

V. 866. *τί* quid sibi velit, nemo dixerit. Nam verba *τῶν ἀδοκήτων* coniungenda esse cum *πόρον*, non dubitabit, qui meminerit Euripidei illius *τῶν ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός*. Equidem pro *τί* scribendum arbitror *τύχα*. Noster Fragm. Inc. CLXXXVII. *εἴτε τύχα εἴτε δαίμων*. Hanc emendationem altera, quam metrum postulat, per se sequitur, *ἐξανύσασα* pro vulgato *ἐξανύσας*. *Ταῦθ'* et *ἄπορον πόρον* posita sunt *ἐκ παραλλήλου*. Nam *hanc rem expedire* erat *ἐξανύειν τῶν ἀδοκήτων ἄπορον πόρον*. Participium *ἐξανύσασα* ita poeta posuit, ut proximum *πόρον* magis respiceret, quam remotius *ταῦθ'*.

V. 867. Vulgo *πόρον ἄπορον* contra metrum.

V. 868. *δυοῖν τοῖν μόνοιν*. Haerent in adiectis *τοῖν μόνοιν*. Neque iniuria. Superstitem enim Electram supra v. 547. ipse Orestes docuerat. Hinc Piersonus Veris. p. 24. suspicatur, legendum esse *τοῖν γόνοιν Ἀτρείδα*. Marklandus opinatur, *μόνος* hic significare non *solus*, sed *praecipuus, eximius*. Sed ut hunc significatum habere possit, cur Electrae Iphigenia se praeferat, parum intelligas. Equidem rem non ad unguem resecandam esse puto. In tanta familiae suae clade iam sola sibi Iphigenia cum fratre videtur esse superstes. Eandem video esse Brunckii sententiam ad Soph. Antig. 941. quem contulisse operae pretium est.

Ibid. *φανεῖ*. Ἄν cum futuro indicativi poni posse, certum est. Hic etiam minor est offensio, quod ἄν referri potest ad participium *ἐξανύσασα*.

ΧΟΡΟΣ.

ἐν τρισὶ θαυμαστοῖσι, καὶ μύθων πέρᾳ, 900
τάδ' εἶδον αὐτὴ, καὶ κλύουσ' ἀπαγγελῶ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τὸ μὲν φίλους, ἐλθόντας εἰς ὄψιν φίλων,
Ὀρέστα, χειρῶν περιβολὰς εἰκὸς λαβεῖν·

V. 870. Sensus est: Ex iis, quae mirabilia sunt, et ultra quam ut dici possint, iam ipsa haec vidi atque aurita testis referre possum. Verba μύθων πέρα Marklandus male reddit *ultra fabulas fictas*. Nihil amplius significant quam quod alias, ut paulo ante v. 818. Noster dicit λόγου πέρα, ultra, quam ut narrari cum fide queant.

V. 872. sqq. Hos septem trimetros omnes libri continuant Choro, cui quam parum conveniant, in aperto est. Marklandus Iphigeniae tribuit, sed ne huic quidem aptos esse, sentiet, qui totius loci nexum consuluerit. Recte Musgravius et ante eum Heathius Pyladi tribuit, Orestis et Iphigeniae mollitiem castiganti. Apte etiam Musgravius confert orationem paedagogi in Soph. Electr. v. 1526. sqq. Ibid. τὸ μὲν ineptum iudicat Marklandus, coniicitque εἶεν, coll. Nostri Electr. v. 596. non repugnante Musgravio. At sanissimum est τὸ μὲν, cui ex vulgari syntaxi respondere debebat v. 874. τὸ δὲ λήξαντα, pro quo simplex δὲ posuit, quasi nudum μὲν praecessisset. Neque haec loquendi formula est in rarissimis. Inversa etiam ratione Sophocl. Electr. v. 219. dixit τὰ δὲ, licet non praecesserit τὰ μέν. Plura exempla ex hoc genere suppeditat Hermannus ad Viger. p. 701. Sensus est: Ab altera parte aequum quidem est, amicos sibi invicem redditos amplexos sese tenere, sed ab altera oportet etiam, ut omisso luctu ad illa venias, de eo deliberes, quomodo ex hac terra possimus evadere.

λήξαντα δ' οἴκτων, κἀπ' ἐκεῖν' ἐλθεῖν χρεών,
875 ὅπως, τὸ κλεινὸν ὄνομα τῆς σωτηρίας 905
λαβόντες, ἐκ γῆς βησόμεσθα βαρβάρου.
σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ 'κβάντας
τύχης,
καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν.

V. 874. Marklandus scribendum censet *λήξαντε*, *nos ambos*. Sed Pylades harum lamentationum non fuerat particeps. Ceterum quod hic *οἴκτων* dicit, supra v. 813. dixerat *δάκρυα ἀδάκρυα*.

V. 875. *ὄνομα τῆς σωτηρίας*. Ms. E. *ὄμμα*, quae perpetua confusio est. Musgravius: „Si verum est *ὄνομα τῆς σωτηρίας*, ponitur pro *σωτηρίαν*. Plutarch. in Nicia p. 966. *βέβαιον οὕτω τὸ τῆς εὐτυχίας ὄνομα πρὸς τὸν αὖθις χρόνον ποιοῖτο*. Cf. citata ad Hec. 625." Vera est illa explicatio. Sic noster Medea 125. *τῶν μετρίων — τοὔνομα* pro *τὰ μέτρια*. Hec. 381. *τῆς εὐγενείας ὄνομα*. Orest. 1082. *ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς*, ubi bene Schol. *ὦ ποθεινὴ ὁμιλία ἐμοί, τουτέστι σύ, ᾧ ποθεινῶς ὡμίλουν ἐγώ*. Ad eundem modum explicandum *σὸν ὄνομα* Hec. 435. et alibi, ut nihil amplius significet quam *σέ*. Nam ita etiam in Nostri Fragm. Aug. VII. 3. *τοὐλεύθερον ὄνομα* positum est pro simplici *ἐλευθερία*.

V. 878. Scaliger non male *ἄλλως* pro *ἄλλας*, *temere, alieno loco se voluptatibus tradere*. Coniunxit enim haud dubie *μὴ* cum *λαβεῖν*, non cum *ἐκβάντας*. Vereor tamen, ne vulgatae idem sensus esse possit, si *ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν* explicueris *ἡδονὰς λαβεῖν, καὶ οὕτως ἄλλο τι ποιῆσαι*, ut *ἄλλας* fere idem sit quod *ἀλλοτρίας*. Etiam Reiskius *ἄλλας* reddit alienas a re praesente. *Ἐκβαίνειν τύχης* est deesse fortunae, decedere de via, quam fortuna monstrat. *Καιρὸν λαβόντας* ad antecedentia pertinet, *fortunam, opportunitate oblata, deserentes*. Cf. Herc. Fur. 202. Herm.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς ἔλεξας· τῇ τύχῃ δ' οἴμαι μέλειν
τοῦδε ξὺν ἡμῖν· ἢν δέ τις πρόθυμος ᾖ, 910
σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐδέν μ' ἐπίσχει γ', οὐδ' ἀποστήσει λόγου,
πρῶτον πυθέσθαι, τίνα ποτ' Ἠλέκτρα πότμον
εἴληχε βιότου· φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τῷδε ξυνοικεῖ, βίον ἔχουσ' εὐδαίμονα. 915

V. 880. τις. Aldus τι. Sed illud iam Brubachius. Idem placuit Reiskio et Marklando. Σθένειν neutiquam hic futuri significationem habet.

V. 882. ἐπίσχει — ἀποστήσει. Codd. Pariss. omnes ἐπίσχῃ et ἀποστήσῃ, quod satis inconsiderate Marklandus recepit. Aldus ἐπίσχει et ἀπιστήσει. Ἀποστήσει iam emendaverat Brodaeus.

V. 883. πυθέσθαι. Ita ex Brodaei correctione primum in margine Stiblinus. In Aldina excusum video τιθέσθαι. τίθεσθαι explicari quodammodo possit. In Brub. et Hervag. πιθέσθαι. Sed Mss. de quorum lectione tacent, videntur habuisse πυθέσθαι.

V. 884. φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί. Si sana haec sunt, verte: accepta mihi erunt omnia, i. e. quidquid dixeris, certe cognovisse mihi iucundum erit. Sed graviorem sententiam exspectaveris. Mihi in mentem venerat φίλα γὰρ ἐστὶ πάντ' ἐμά. Ἐστὶ certe numerorum causa praetulisse censendus est Porsonus, non item Hermannus, qui praegressae interpunctioni vim aliquam tribuit ad numerorum duritiem molliendam. Marklandus conficit ἐστι ταῦτ' pro ἔσται πάντ', Musgravius minus etiam bene ἥσει πάντ'.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὗτος δὲ ποδαπὸς, καὶ τίνος πέφυκε παῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Στρόφιος ὁ Φωκεὺς τοῦδε κλήζεται πατήρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὅδ' ἔστι γ' Ἀτρέως θυγατρὸς, ὁμογενὴς ἐμός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀνεψιός γε, μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ ἦν τόθ' οὗτος, ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με. 920

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἦν· χρόνον γὰρ Στρόφιος ἦν ἄπαις τινά.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χαῖρ', ὦ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κἀμός γε σωτὴρ, οὐχὶ συγγενὴς μόνον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὰ δεινὰ δ' ἔργα πῶς ἔτλης μητρὸς πέρι;

V. 888. *ἐμός.* Ita Marklandus ex libris Pariss. omnibus. Vulgo *ἐμοί*, quod minus exquisitum est. Vid. Schaef. ad Apoll. Rhod. Schol. p. 168. De genealogia vid. Schol. ad Orest. 5. 33. 763. 1238.

V. 889. *ἀνεψιός γε.* Marklandus malit *ἀνεψιός σοι.* Sed suo loco positum hic est *γε*, *et consobrinus quidem* scil. *tuus*, quod latet in praegresso *ἐμός*.

V. 890. Recte in fine huius versus Marklandus interrogandi signum delet.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σιγῶμεν· αὐτά· πατρὶ τιμωρῶν ἐμῷ. 925

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἡ δ' αἰτία τίς, ἀνθ' ὅτου κτείνει πόσιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔα τὰ μητρός· οὐδέ σοι κλύειν καλόν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σιγῶ. τὸ δ' Ἄργος πρὸς σὲ νῦν ἀποβλέπει;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μενέλαος ἄρχει· φυγάδες ἐσμὲν ἐκ πάτρας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἦπου νοσοῦντας θεῖος ὕβρισεν δόμους; 930

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔκ, ἀλλ' Ἐρινύων δεῖμά μ' ἐκβάλλει χθονός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς κἀνθάδ' ἠγγέλης μανείς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὤφθημεν οὐ νῦν πρῶτον ὄντες ἄθλιοι.

V. 898. Interrogationis notam addidit Marklandus.

V. 901. Ἐρινύων trisyllabum hic est et infra v. 940. De Eur. tamen Phoeniss. 1327. fallitur Porsonus. Heathius eiici iubebat alterum ν.

V. 902. Post ἀκταῖς Aldus comma ponit, Marklandus notam interrogationis. Recte tamen Schaeferus omnem interpunctionem sustulit. Ταῦτ' ἄρα valet διὰ ταῦτα ἄρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔγνωκα, μητρός σ' οὕνεκ' ἠλάστρουν θεαί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥσθ' αἱματηρὰ στόμι' ἐπεμβαλεῖν ἐμοί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί γάρ ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπόρθμευσας πόδα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις ἀφικόμην.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί χρῆμα δράσειν; ῥητὸν, ἢ σιγώμενον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγοιμ' ἄν· ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων.

ἐπεὶ τὰ μητρὸς ταῦθ', ἃ σιγῶμεν, κακὰ
εἰς χεῖρας ἦλθε, μεταδρομαῖς Ἐριννύων
ἠλαυνόμεσθα φυγάδες· ἔνθεν μοι πόδα
εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας,

V. 904. Post *μητρὸς* Marklandus inserit *σ'*, ut infra v. 941. *ἠλάστρουν μ' ἀεί.* Bene. Citat Beckius Hesych. *ἠλάστρεον· περιεφέροντο.*

V. 906. *τί γάρ ποτ'.* *Γὰρ* hic et saepe alias pro *δὲ* poni putat Marklandus. In quo fallitur. *Γὰρ* etiam hic est interrogativum.

V. 1129. *ὁσίᾳ*. Recepi lectionem Cod. C. Sensus: Religioni enim hoc a me verbum datur, i. e. religioni hoc a me tribuendum est, ut tali verbo utar, scil. verbo *ἀπέπτυσα*. Marklandus legi vult *ὁσίᾳ γὰρ δίδως ἔπος τόδε*, *purae enim hoc loqueris*, i. e. *purificatae*, et in *casto*, utpote rem sacram facturae. Putat enim, Iphigeniam respicere ad vocem *καινὸν*, quae male ominata sit. Cui explicationi iure obloquitur Musgravius, ipse tamen vanas e longinquo coniecturas petit. Vulgo legitur *ὁσία*, quod Brodaeus explicat per *ὁσίως*.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπε- 1165
στράφη.

ΘΟΑΣ.

αὐτόματον, ἢ νιν σεισμὸς ἔστρεψε χθονός;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

αὐτόματον· ὄψιν δ' ὀμμάτων ξυνήρμοσεν.

ΘΟΑΣ.

ἦ δ' αἰτία τίς; ἢ τὸ τῶν ξένων μύσος;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἥδ', οὐδὲν ἄλλο· δεινὰ γὰρ δεδράκατον.

ΘΟΑΣ.

ἀλλ' ἦ τιν' ἔκανον βαρβάρων ἀκτῆς ἔπι; 1170

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἰκεῖον ἦλθον τὸν φόνον κεκτημένοι.

ΘΟΑΣ.

τίν'; εἰς ἔρον γὰρ τοῦ μαθεῖν πεπτώκαμεν.

V. 1133. Vid. Musgravius ad h. l. qui plura huius generis prodigia ab antiquis scriptoribus memorata affert. *Πάλιν* recte Barnesius explicat *ὀπίσω*.

V. 1135. *ὄψιν δ' ὀμμ. ξυνήρμ.* i. e. *oculos clausit*.

V. 1136. *ἦ*. Ita Aldus. Edd. quaedam *ἤ*, qua emendatione scilicet nihil frequentius.

V. 1139. *ἦλθον τὸν φόνον*. Marklandus, qui articulum supervacaneum putat, proponit *ἦλθέτην φόνον*, Musgravius *ἦλθον τίνα φόνον*. At minime articulus abundat. Intellige sic: caedes ista, (i. e. quam innuo) qua polluti huc venerunt, domestica est.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει.

ΘΟΑΣ.

Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τις ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος.

ΘΟΑΣ.

ἦ τῶνδ' ἕκατι δῆτ' ἄγαλμ' ἔξω φέρεις;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σεμνὸν γ' ὑπ' αἰθέρ', ὡς μεταστήσω φόνου.

ΘΟΑΣ.

μίασμα δ' ἔγνως τοῖν ξένοιν ποίῳ τρόπῳ;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἤλεγχον, ὡς θεᾶς βρέτας ἀπεστράφη πάλιν.

ΘΟΑΣ.

σοφὴν σ' ἔθρεψεν Ἑλλὰς, ὡς ᾔσθου καλῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ νῦν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.

V. 1142. Vulgo τῷδ' ἔτλη τις ἄν. Explicationem τόδ', quae metrum corrumpit, eiecimus. Facile enim ex praegressis intelligitur μητέρα κατεργάσασθαι.

V. 1143. ἠλάθησαν. „Hanc formam tuetur atque illustrat Pierson. ad Moerin p. 14." Beck.

V. 1145. ὡς μεταστήσω φόνου. Recte vertunt: *ut amoveam a contagione caedis.*

ΘΟΑΣ.

τῶν Ἀργόθεν τί φίλτρον ἀγγέλλοντέ σοι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸν μόνον Ὀρέστην ἐμὸν ἀδελφὸν εὐτυχεῖν.

ΘΟΑΣ.

ὡς δή σφε σώσαις ἡδοναῖς ἀγγελμάτων;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ πατέρα γε ζῆν καὶ καλῶς πράσσειν ἐμόν.

ΘΟΑΣ.

σὺ δ' εἰς τὸ τῆς θεοῦ γ' ἐξένευσας εἰκότως.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πᾶσάν γε μισοῦσ' Ἑλλάδ', ἥ μ' ἀπώλεσεν.

ΘΟΑΣ.

τί δῆτα δρῶμεν φράζε τοῖν ξένοιν πέρι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν.

ΘΟΑΣ.

οὐκοῦν ἐν ἔργῳ χέρνιβες ξίφος τε σόν;

V. 1150. *τί.* Ita Aldus, qui tamen paulo post male *ἀγγέλλοντί σοι.*

V. 1154. *ἐξένευσας.* Male Barnesius derivat ab *ἐκνέω.* Thema est *ἐκνεύω*, quod iam vidit Brodaeus.

V. 1156. *τοῖν ξένοιν.* Ita Markland. ex Codd. B. C. ut correxerat Barnesius. Aldus *τοῖς ξένοις.*

V. 1158. *οὐκοῦν.* Marklandus scribendum putat *οὔκουν*, vertitque: *cur igitur cessas aqua lustrali, eos adspergere?* Quidni, servato *οὐκοῦν*, *igitur in*

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀγγοῖς καθαρμοῖς πρῶτά νιν νίψαι θέλω.

ΘΟΑΣ.

πηγαῖσιν ὑδάτων, ἢ θαλασσίᾳ δρόσῳ;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.

ΘΟΑΣ.

ὁσιώτερον γοῦν τῇ θεῷ πέσοιεν ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ ταμά γ' οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι.

---

eo es, ut aqua lustrali eos adspergas? Pro ξίφος τε σὸν idem mavult ξίφος τε σοί, quod non propria manu Iphigenia hospites iugulaverit. Sed ξίφος σὸν est *gladius, cuius usus a te pendet*, i. e. quo caeduntur ii, quos tu iusseris. Magis offendi poterat v. 848. ἐξ ἐμῶν δαΐχθεὶς χερῶν.

V. 1161. θάλασσα κλύζει. Musgravius: „Veterum hanc, non unius Euripidis, opinionem fuisse ex Apoll. Rhod. colligas, apud quem Circe, somniis nocturnis perterrefacta, caput et vestes primo mane aqua maritima humectat. Confer etiam Soph. Aiac. v. 663. (654. Br). Hinc etiam Telemachus Odyss. β'. v. 261.

χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς εὔχετ' Ἀθήνῃ."

Etymol. M. p. 127. 13. φύσει δὲ τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καθάρσιόν ἐστι καὶ τὰ περιττώματα εἰς τὸν ἀπέριττον θάλασσαν βάλλεται. ὡς Εὐριπίδης, θάλασσα κλύζει πάντα ἀνθρώπων κακά. Cf. Eustath. p. 108. Habet etiam Stobaeus hunc versum Floril. p. 28. et, ut Brodaeus monet, Laertius in vita Platonis. De voce κλύζειν *purgandi* significatione vid. Abresch. Miscell. Obss. Nov. I. p. 81.

ΘΟΑΣ.

οὐκοῦν πρὸς αὐτὸν ναὸν ἐκπίπτει κλύδων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐρημίας δεῖ· καὶ γὰρ ἄλλα θράσομεν.

ΘΟΑΣ.

ἄγ' ἔνθα χρῄζεις· οὐ φιλῶ τἄρρητ' ὁρᾶν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄγνιστέον μοι καὶ τὸ τῆς θεοῦ βρέτας.

ΘΟΑΣ.

εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ᾑρέμην βάθρων ἄπο.

ΘΟΑΣ.

δίκαιος ἠὐσέβεια καὶ προμηθία.

V. 1164. *οὐκοῦν πρ. — κλύδων.* Recte in fine huius versus Aldus signum interrogationis omittit, quod vulgo addentes vertunt: nonne ad ipsum templum fluctus alliditur? quod alienum est. Dicit Thoas: Facile igitur res perfici poterit, ad ipsum enim templum fluctus alliditur.

V. 1168. *ἔβαλέ νιν.* Ita Aldus et omnes edd. veteres. Brodaeus: alii: ἔλαβε. Isti qui fuerint, nescio.

V. 1169. *οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ᾑρέμην.* Vulgo, ut Aldus habet, *οὐ γάρ ποτέ νιν ἀνῃρέμην.* Sed Codd. A. B. *ου γαρ ποτ' αν νιν.* Marklandus: *οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ἀνῃρέμην.* Immo variae lectiones ducunt ad id, quod dedimus, ut etiam Musgravius sensit.

V. 1170. *ἠὐσέβεια.* Marklandus: „Non dubito, quin Euripides scripserit:

δίκαιος ἦ σὴ εὐσεβία etc.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἶσθα νῦν ἃ μοι γενέσθω;

ΘΟΑΣ.

σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δεσμὰ τοῖς ξένοισι πρόσθες.

ΘΟΑΣ.

ποῖ δέ σ' ἐκφύγοιεν ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν.

ΘΟΑΣ.

ἴτ' ἐπὶ δεσμά, πρόσπολοι. 1205

---

ita ut *σην* — sint unius tantum syllabae. Mallem quoque *χ' ἡ προμηθία*." Horum nihil verum. Ipse articulus *ἡ* significat, de nulla alia quam de Iphigeniae pietate sermonem esse, deinde contractionem istam *σὴ εὐσεβία* exemplis firmare debebat, quam, quod sciam, nonnisi articulus facere solet et particulae *ἤ* (*ἦ*) et *μή*. Nam recte Brunckius in Aristoph. Eccles. v. 115. edidit *ἡ μὴ 'μπειρία* pro *ἦ μὴ 'μπειρία*. De inserendo autem illo articulo *χἡ* vid. ad Electr. v. 429. — Codd. A. B. *προμυθία*. Illud autem bene Marklandus monet, post hunc versum inserendum videri iambum, qui infra post v. 1180. inter medios trochaicos legitur:

ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις,

neque opus est, ut *ὡς* in *ὧν* mutetur. Omissum librarius videtur in paginae fine apposuisse, quem locum deinde servavit.

V. 1171. *γενέσθω*. Parum caute Marklandus reposuit *γενέσθαι*. Vid. Matth. Gramm. Graec. §. 514. p. 717.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὐκκομιζόντων δὲ δεῦρο τοὺς ξένους.

ΘΟΑΣ.

ἔσται τάδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κρᾶτα κρύψαντες πέπλοισιν —

ΘΟΑΣ.

ἡλίου πρόσθεν φλογός.

V. 1175. Libri κατακρύψαντες, syllaba deficiente. Sed bene Musgravius κρᾶτα κρύψαντες. Cf. v. 1186. Marklandus proposuerat vel καταπαλύψαντες vel κᾶτα κρυψάντων. Barnesius tacite rescripserat κᾶτα κρύψαντες. Male.

Ibid. ἡλίου πρόσθεν φλογός. Vulgo omnia usque ad vocem ὀπαδῶν versu seq. continuantur Iphigeniae. Sed bene Marklandus: „In singulis hisce trochaicis Iphigenia exsequitur priorem versus partem: deinde sermonem eius excipit Thoas, plerumque ad finem quarti pedis, interdum alibi. Ita et hic fieri oportuit, hoc modo:

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κατακαλύψαντες πέπλοισιν.

ΘΟΑΣ.

ἡλίου πρόσθεν φλογός;

Deinde Iphigenia iterum:

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σῶν τέ μοι σύμπεμπ' ὀπαδῶν.

ΘΟΑΣ.

οἵδ' ὁμαρτήσουσί σοι.

In Editt. Aldi et Barnesii male omittitur persona *Ιφι.* in hoc ultimo trochaico. Verba ἡλίου πρόσθεν φλογός, Thoantis sunt, *num oppositis velaminibus solis flammae?* ne scilicet lucem eius (quâ indigni sunt parricidae) intueantur, et radios eius contaminent? Hoc vult ille. Et notandum



ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σῶν τέ μοι σύμπεμπ' ὀπαδῶν.

ΘΟΑΣ.

οἵδ' ὁμαρτήσουσί σοι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ πόλει πέμψον τιν', ὅστις σημανεῖ.

ΘΟΑΣ.

ποίας τύχας;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας.

ΘΟΑΣ.

μὴ συναντῷεν φόνῳ; 1210

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μυσαρὰ γὰρ τὰ τοιάδ' ἐστί.

ΘΟΑΣ.

στεῖχε, καὶ σήμαινε σὺ. —

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

1180 μηδὲν εἰς ὄψιν πελάζειν.

ΘΟΑΣ.

εὖ γε κηδεύεις πόλιν.

---

est, quaestionem Thoantis hic et ter infra (nempe vers. 1210. 1212. 1218. Barnes.) ita a poeta institutam esse, ut sit supplementum verborum praecedentium Iphigeniae, et *quaerendo* dicat istud, quod *iubendo* ipsa dixisset, nisi ille eam interpellasset." Post φλογὸς interrogationis nota non opus. Iphigeniae orationem simpliciter supplet, quasi dicat: intelligo, tu dicis contra solis flammam.

V. 1176. Typothetae vitio in Marklandi edit. ὁμαρτήσωσι.

V. 1179. καὶ σήμαινε σύ. „Aliquem ex satellitibus alloquitur." Markland.

V. 1180. πελάζειν. Ita Aldus et Cod. B. Ex

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ φίλων γ' οὐδεὶς μάλιστα.

ΘΟΑΣ.

τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.

[ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.]

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σὺ δὲ μένων αὐτοῦ πρὸ ναῶν, τῇ θεῷ —

ΘΟΑΣ.

τί χρῆμα δρῶ; 1215

Brub. et Hervag. ubi typothetae, opinor, vitio excusum est *ἐλάζειν*, in alias editiones vitium manavit, quod ex coniectura emendabat Canterus. Est autem hic iterum in libris confusio personarum, quas sic distribuunt:

ΘΟΑΣ.

στεῖχε καὶ σήμαινε σὺ μηδὲν' εἰς ὄψιν πελάζειν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εὖ γε κηδεύεις πόλιν καὶ φίλων γ' οὐδεὶς μάλιστα.

ΘΟΑΣ.

τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.

Verum personarum ordinem etiam hic restituit Marklandus, addens: „Thoantis verba hic intercipit et supplet Iphigenia, quemadmodum ille verba Iphigeniae paulo ante.“

V. 1181. Etiam hic ex Brub. et Hervag. propagatum est vitiosum *δ'*, quum recte in Aldina et Cod. B. legatur *γ'*. Marklandus et Heathius ad *οὐδεὶς* supplent *πελαζέτω*. Non meminerant viri docti, ita dicendum fuisse *μηδεὶς*, non *οὐδείς*. Supplendum potius est verbum, quod significet *admittendus est*. Summam curam simulat Iphigenia, ne Thoas mortis periculo obiiciatur.

V. 1182. De hoc trimetro iambico, qui nullo pacto hic ferri potest, vid. ad v. 1170.



ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἅγνισον χρυσῷ μέλαθρον.

ΘΟΑΣ.

καθαρὸν ὡς μόλοις πάλιν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι.

ΘΟΑΣ.

τί χρή με δρᾶν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πέπλον ὀμμάτων προθέσθαι.

ΘΟΑΣ.

μὴ παλαμναῖον λάβω.

V. 1184. *χρυσῷ*. Corrupta haec vox est omnium iudicio. Scaliger coniecit *χρυσοῦν*. Reiskius *πυρσῷ*, quod merito placuit Marklando et Musgravio. Comparat Marklandus Hel. 874. et Hercul. Fur. 1145. — Hesych. *πυρσῷ, πυρί*. Musgravius praeter illud proponit *δρόσῳ*.

Ibid. *μόλοις*. Sic vulgo ex Hervag. Aldus *μόλις*. Cod. B. *μολ°ς*. Cod. A. *μόλῃς*, et ita iam Brubach. *Μόλοις* male contra linguam censet Marklandus. Supra v. 1178. similiter *μὴ συναντῷεν φόνῳ*. In fine huius versus et v. 1186. interrogationis nota, quam vulgo addunt, melius abest, vid. ad v. 1175. notae fin. Post *καθαρὸν* perperam quaedam interpungunt. Est enim pro *εἰς καθαρόν*.

V. 1185. *ἡνίκ' ἂν δ'*. Ita Codd. A. B. quos recte secutus est Musgravius. Marklandus vulgatam *ἡνίκα δ' ἂν* retinuit comparans Aristoph. Pac. 1179. ubi etiam legendum *ἡνίκ' ἂν δ'*.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἦν δ' ἄγαν δοκῶ χρονίζειν —

ΘΟΑΣ.

τοῦδ' ὅρος τίς ἐστί μοι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

θαυμάσῃς μηθέν.

ΘΟΑΣ.

τὰ τῆς θεοῦ πρᾶσσ' ἐπὶ σχολῇ καλῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἰ γὰρ, ὡς θέλω, καθαρμὸς ὅδε πέσοι.

ΘΟΑΣ.

συνεύχομαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τούσδ' ἄρ' ἐκβαίνοντας ἤδη δωμάτων ὁρῶ ξένους,
καὶ θεᾶς κόσμους, νεογνούς τ' ἄρνας, ὡς φόνῳ φόνον
μυσαρὸν ἐκνίψω, σέλας τε λαμπάδων, τά τ' ἄλλ', ὅσα
προὐθέμην ἐγὼ ξένοισι καὶ θεᾷ καθάρσια.
ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίτας τοῦδ' ἔχειν μιάσματος,
εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς,

V. 1188. Vulgo *μηθέν*. Emendavit Schaeferus Meletem. Crit. p. 113. qui etiam praetulerit *ἐπὶ σχολῆς*.

V. 1191. *ἄρνας*. Emendatio est Piersoni Veris. p. 172. Vulgo *ἄρσενας*. Cod. A. *αρσεν'*, quod male Marklandus accipi posse putat pro *ἄρσενι*, scil. *φόνῳ*.

ἢ γάμον στείχει συνάψων, ἢ τόκοις βαρύνεται,
φεύγετ', ἐξίστασθε, μή τῳ προσπέσῃ μύσος
τάδε.
ὦ Διὸς, Λητοῦς τ' ἄνασσα παρθέν', ἣν νίψω φόνου 1230
τῶνδε, καὶ θύσωμεν οὐ χρὴ, καθαρὸν οἰκήσεις δόμον,
εὐτυχεῖς δ' ἡμεῖς ἐσόμεθα· τἄλλα δ' οὐ λέγουσ', ὅμως
τοῖς τὰ πλείον' εἰδόσιν θεοῖς σοί τε σημαίνω θεᾷ.

V. 1200. *ἐσόμεθα.* Male Aldus *ἐσόμεσθα.*

V. 1201. *εἰδόσιν.* Ita recte Schaeferus. Vulgo *εἰδόσι.* In fine versus quidam malunt *θεά* in vocativo, quod haud displicet.

Accedimus ad carmen librariorum culpa deformatissimum, interpretumque iudicio paene desperatum. Musgravius ex viginti septem versibus, qui strophum absolvant, non nisi duodecim esse monet, qui antistrophicis perfecte respondeant. Marklandus nimiae confusionis taedio captus carminis explicationem ita claudit: „Vocem *ξενόεντι* v. 1248. suspectam habeo, et alia. Sed taceo. Atque ita valeat obscura haec monostrophe." At metrum tamen et sensus ita se invicem iuvant, ut pleraque vitia summa cum probabilitate, sed non sine audacia quadam possint elui. Quocirca aliquantisper dubitabam, utrum librorum sordes in textu propagarem, an ea reciperem, quae poetam dedisse non suspicor, sed persuasum habeo. Elegantia tamen carminis, quam lectoribus videbam perituram, si singulas emendationes operose in notis cogerentur conquirere, nimiam religionem facile excussit. — Antistrophicum esse primus animadvertit Tyrwhittus, a quo monitus iam mendas aliquot Musgravius sustulit. Ex nostris autem emendationibus nonnul-

στροφή.

ΧΟΡΟΣ.

εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος,

---

lae debentur Erfurdtio. — Argumentum carminis, quod viri docti non ex omni parte perspexerunt, hoc est: Latona brevi post partum Apollinem cum Diana ab insula Delo transtulit ad montem Parnassum, ubi Themis, Terrae filia, oraculum habebat ab immani dracone custoditum. Hunc draconem infans adhuc Apollo quum interfecisset, ipse oraculo occupato hominibus vaticinatus est. At Terra ob deturbatam loco filiam dolens, quo Apollinem cultu suo privaret, frequenter hominibus per somnia oracula edidit. Qua ira ille ad Olympum profectus puerilem ex Iovis solio veluti fulmen gerens vibrat manum, minans Terrae se vaticinationem vi sublaturum. Ridens ob hanc pueri alacritatem Iupiter ipse cessare facit nocturna vaticinia, Terraeque ira sedata, Apollini honorem restituit, eumque in Delphica sede confirmavit. Citant de hac fabula Marklandus Antonin. Liberal. fab. XXXV. Strab. lib. IX. p. 646. seq. lib. XIV. p. 948. Athenaei lib. XV. cap. ult. p. 701 C. D. Barnesius Apollodori Biblioth. l. I. c. 4. Didym. ad Iliad. β. v. 519. et Eur. Schol. Orest. (v. 163.) Quibus addendus Aeschyl. Eum. init. Neque mihi quidem, quae quorundam opinio est, haec fabula ab hoc loco videtur aliena esse, immo quum cuncta, quae in hac Tragoedia mirabilia accidunt agunturque, fatumque Orestis omne ab Apollinis oraculo veluti e fonte suo exeant, haud abs re est, quam tantae auctoritatis oraculum originem habuerit, hoc loco doceri. Rem accuratius perpendere debebat Marklandus, priusquam affirmaret, non minori iure etiam Herculis laudes hoc loco potuisse celebrari.

V. 1202. εὔπαις.] Nihil hac voce sanius. Senaus: eximius infans sive puer fuit Latonae filius. Est enim chorus facta Apollinis narraturus, quae pa-

ὃν ποτε Δηλιάσιν καρποφόροις 1235
γυάλοισι χρυσοκόμαν
ἐν κιθάρᾳ σοφὸν, ἅ τ' ἐπὶ τόξων

---

traverit infans. Schol. ad Arist. Plut. v. 639. εὔπαιδα δὲ οἷον καλοὺς ἔχοντα παῖδας, ἢ τὸν καλὸν παῖδα· ἐπαμφοτερίζει γὰρ τὰ τῆς χρησεως ἐπί τε τοῦ καλοῦ παιδὸς καὶ τοῦ καλοὺς παῖδας ἔχοντος. Conferri etiam potest vox βούπαις, et quae disputavimus ad Troad. v. 553.

V. 1203. *Δηλιάσιν.* Vulgo *Δηλίας ἐν* metro invito. *Δηλιὰς* cum Scaligero, qui Latonam intelligit, legi vel ideo non potest, quod Deli insulae mentio abesse nequit. Noster Ion. 167. *λίμνας Δηλιάδος.*

Ibid. *καρποφόροις.* Monet Musgravius, Delum insulam vulgo ut sterilem describi. Verum spectare videtur poeta nonnisi ad arbores Istas, quas, quum Latonā pareret, terra progenuit. Vid. Nostri Hec. 464. ibique Porson.

V. 1204. *γυάλοισι.* Vulgo *γυάλοις.*

Ibid. Post *χρυσοκόμαν* vulgo additur *Φοῖβον.* Musgravius: „*χρυσοκόμαν* Apollinem significabit, etiamsi *Φοῖβον* tollas. Vide Troad. 255. (262. nostrae ed.) Pindarus Olymp. VII. Epod. 2. *τᾷ μὲν ὁ χρυσοκόμας.* Delendum igitur, metro iubente, *Φοῖβον.*" His argumentis ne opus quidem. Praecessit enim ὁ *Λατοῦς γόνος*, quo diserte Apollo designatur.

V. 1205. seq. *ἅ τ' ἐπὶ τόξων εὐστοχίᾳ γάνυται* i. e. *et Dianam.* Inserit hoc poeta, ne ab historia deflectat, quae simul cum Diana Apollinem ad Parnassum translatum refert. Nam unum Apollinem iam celebraturus est. Quocirca haec Dianae mentio veluti in parenthesi ponenda est, quasi dixisset *σὺν τῇ Ἀρτέμιδι.* Cetera enim omnia ad solum Apollinem spectant.

εὐστοχίᾳ γάνυται,
φέρειν ἶνιν ἀπὸ δειράδος εἰναλίας,
λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσα
ἀστάκτων μάτηρ ὑδάτων

V. 1206. *γάνυται.* Ita Barnesius. Vulgo *γάννυται.*

V. 1207. *φέρειν ἶνιν.* Vulgo *φέρει νιν.* Cod. B. *φέρειν νιν,* in quibus unam litteram transposui. *Ἶνις* hic valet *infantem.* Hesychius: *ἶνις, υἱὸς νέος, παῖς, βρέφος, ἀπόγονος, νήπιος,* ubi conf. Interpretes. Si legere velis *ἔφερεν νιν,* constructio multo erit durior, quae iure displicuit Musgravio, qui coniicit, *ἔφερ' εἶνιν, inopem tulit.* Nos ita construimus: *ὃν ἶνιν μάτηρ ἔφερεν ἀπὸ δειράδος εἰναλίας (ἐν) Δηλιάσιν γυάλοις (εἰς) Παρνάσιον κορυφάν.* Cur omissa Dianae mentione in solo Apolline poeta commoretur, dictum iam est.

Ibid. *εἰναλίας.* Ita Codd. A. B. Vulgo *ἐναλίας.*

V. 1208. *λοχεῖα κλεινὰ* interpretantur *inclytum puerperii locum.* Pro *λιποῦσ'* metri causa plene scripsi *λιποῦσα.*

V. 1209. *ἀστάκτων μάτηρ ὑδάτων. Μάτηρ* haud dubie de Latona intelligendum, genitivus autem *ἀστάκτων ὑδάτων* pertinet ad *Παρνάσιον κορυφάν,* ut supra v. 152. habuimus *χόρτων εὐδένδρων Εὐρώτα,* ad quem locum vid. quae annotavimus. Neque enim opus videtur, ut legatur *ἄστακτον — ὑδάτων.* Vox autem *ἄστακτος* si, quod veteres Grammatici tradunt (cf. Valcken. ad Theocrit. p. 228. b.), vere habet *α* intensivum, ut dicatur pro *πολύσταικτος,* bene conferri hic potest Pausaniae lib. X. cap. 32. de Corycio antro sic scribens: *ὅ τε ὄρφος ἐς αὔταρκες ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνέστηκε, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν ἀπερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δὲ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει, ὥστε καὶ δῆλα ἐν τῷ ἐδάφει σταλαγμῶν τὰ ἴχνη διὰ παντός ἐστι τοῦ*

ὃ τὰν βακχεύουσαν Διονύ-
σῳ Παρνάσιον κορυφὰν,
ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων, 1245
σκιερᾷ κατάχαλκος εὐφύλλῳ δάφνᾳ,

ἄντρον. Sed praestare videtur Hesychii explicatio, ἄστακτον, οὐ καταστάζον, ἀλλὰ ῥύδην, ex cuius mente *Παρνάσιος κορυφὰ ἀστάκτων ὑδάτων* erit Parnasium cacumen *aquis non stillans, sed fluens*, i. e. aquis et fontibus abundans. In eundem modum plura huius generis adiectiva explicanda sunt, veluti ἀδάκρυτος in Sophocl. Antig. v. 893. et ἀτίμητος, de quo Eustathius p. 1038. 3. οἱ μεθ' Ὅμηρον ἄλλως ἀτίμητον φασὶ τὸν πολυτίμητον, ἤγουν τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τιμήν. Hanc ultimam interpretationem nescio cur spreverit Valckenar. ad Theocrit. p. 231. a. Similiter nostrates dicunt *unschätzbar*.

V. 1210. Versus ita distinxi, ut tres eosdem numeros referrent. Ceterum cf. Pausan. lib. X. c. 4. et c. 6. Aesch. Eum. v. 23. sq.

V. 1212. De dracone Pythone Barnesius citat Ovid. Metam. I. fab. 8. Hom. Hym. Apoll. — Eustath. in Hom. f. 1699. l. 60. Apollod. Bibl. I. c. 4. etc.

V. 1213. κατάχαλκος. Poeta finxisse sibi videtur draconem istum aeneis squamis obductum, vel certe aeris speciem prae se ferentibus. Voce κατάχαλκος eo significatu, ut sit *aere obtectus*, utitur Noster in Phoeniss. v. 110. Coniecturas interpretum, qui tantum non omnes hanc vocem tentant, transmittere satius est. Marklandus vere monet, male verti *aereis dentibus minax*, et aeque bene posse *aered caudâ* vel *aereis pedibus minax*.

Ibid. εὐφύλλῳ. „Ita diserte P. et Edd. recent. non dissentientibus Mss. — Ed. Ald. εὐφύλλων." Musgrav. Εὐφύλλῳ iam arriserat Brodaeo.

γᾶς πελώριον
τέρας, ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον.
ἔτι μιν ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαισι θρώσκων,
ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαν-
τείων δ' ἐπέβας ζαθέων,
τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ,
μαντείας βροτοῖς

V. 1215. ἄμφεπε. Libri ἀμφέπει.

V. 1216. μιν. Fortasse scribendum est νιν. Sed nolui tamen formam epicam in melico carmine obscurare. Certe Porsonus non dubitavit in Phoeniss. v. 652. Musgravii coniecturam μιν pro μὴν recipere. — Secundum ἔτι mera est repetitio prioris.

V. 1222. Legebatur: μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων Θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων, ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων, γείτων etc., in quibus summa est confusio, aucta etiam prava interpunctione, quam alii aliam exhibent. Pro ἐμῶν verissime Musgravius coniicit νέμων, coll. Orest. v. 592. βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει. De voce ἀδύτων disputat sic: „Adytum, quod interiorem templi partem plerumque significat, de terrae etiam spiraculis, quale Delphis fuisse produnt, nonnumquam usurpatur, Homerid. Hym. in Apoll. v. 443.

ἐς δ' ἄδυτον κατέδυσε διὰ τριπόδων ἐριτίμων.

Virgil. Aen. lib. V. v. 84.

— adytis cum lubricus anguis ab imis.

Lucian. Micyllo, c. 25. ἐς τὰ ἄδυτα κατελθών." Ad νέμων adscripserat explicator ἀναφαίνων, quam vocem metro iubente expunximus. Pro ὑπὲρ item metrum reposcit ὕπο, i. e. ὑπέκ. Vid. Herm. ad Eur. Hec. 53. p. 67. Cetera explicabit melior interpunctio. Coniungenda enim sunt νέμων μαν-



Θεσφάτων νέμων
ἀδύτων ὕπο, Κασταλίας ῥεέθρων
γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.

ἀντιστροφή.

Θέμιν δ' ἐπεὶ γᾶς ἰὼν
παῖδ' ἀπενάσσατ' ἀπὸ * ζαθέων
χρηστηρίων νύχια
χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,
οἳ πολέσιν μερόπων
τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ', ἃ τ' ἔμελλε τυχεῖν,
ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς

τείας Θεσφάτων, ὑπὸ ἀδύτων et γείτων ῥεέθρων Κασταλίας, i. e. *prope fontem Castaliae.*

V. 1226. Aldus et pleraeque Edd. Θέμιν δ' ἐπὶ γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο Ἀπὸ ζαθέων etc. Sed recte Canterus ἐπεὶ pro ἐπὶ, et ἀπενάσσατ' Barnesius. Restabat, opinor, ut ἀπὸ, metro strophico indicante, mutaretur in Ἀπόλλων. Nata videtur corruptio inde, quod vox Ἀπόλλων per compendium exarata erat ἀπὸ, littera λ ultimae vocali superscripta. Ceterum Abreschius confert Hesychii glossam ἀπενάσσατο, ἀπώκησεν, male, nisi legi voluit ἀπῴκισεν, quod quum Homerica sit glossa, non licet.

V. 1229. χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων. Aldus χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα, omisso ὀνείρων. Sed peropportune Codd. A. C. et Oxon. χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων.

V. 1231. ἃ τ'. Hoc metrum postulavit. Vulgo ὅσα τ'. Cf. Sophocl. Antig. 611. τό τ' ἔπειτα, καὶ τὸ μέλλον, καὶ τὸ πρίν, ubi vid. Erfurdt.

V. 1232. ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς εὐνὰς etc. Heathius vertit: *per somnum in cubilibus obscurae terrae* i. e. *in antris et speluncis dicebant.*

εὐνὰς φράζον. Γαῖα δὲ τὰν
μαντείων ἀφείλετο τι-
μὰν Φοίβον φθόνῳ θυγατρός·
ταχύπους δ' ἐς ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ
χέρα παιδνὸν ἕλιξεν ἐκ Διὸς θρόνων,

Intelligit enim διὰ ad ὕπνον, quod fieri non potest. Quare Marklandus mavult ὕπνῳ. Musgravius: „Tollendum forte γᾶς, vox et sententiae et metro inutilis, et legendum:

ὕπνους κατὰ δνοφερὰς τ' εὐ-
νὰς — —

ubi per εὐνὰς intelligo specus quasdam tenebricosas, quale erat antrum Trophonii, in quibus Oraculi consultores somnum petebant. "Τπνος plurali legitur Orph. Hymn. LXXXV. 5. Oppian. Cyneg. II. 570." Equidem γᾶς retinendum puto. Nam vaticinia ista per somnum *sub terra* edita esse, persuadet etiam paulo post v. 1259. ubi dicitur χθονία μαντοσύνα. Erunt igitur γᾶς εὐναὶ idem quod χθόνιαι εὐναὶ, cubilia subterranea, et eaedem simul dicuntur εὐναὶ ὕπνου, propterea quod in iis somnus hominibus solebat obrepere.

V. 1233. φράζον. Vulgo ἔφραζον cum augmento, quod in hoc carmine plus semel desideratur.

Ibid. τὰν. Articulus, quem metrum reposcit, in omnibus editionibus abest, sed optime Cod. A. τὴν μαντειον. Alteram vocem metri causa mutavi in μαντείων.

V. 1237. παιδνὸν. Ita feliciter Scaliger. Aldus ψεδνὸν, metro renitente: propius ad verum Cod. B. ψαιδνὸν. Confert Marklandus Anthol. III. 9. (Henr. Steph. p. 222.) παιδνὰς αὐτὰκ ἔτεινε χέρας.

Ibid. ἕλιξεν. Aldus et Cod. Oxon. ἕλιξ', ut vulgo. Sed bene Scaliger coniiciebat ἕλιξ', quod habet Cod. C. — Cod. A. ἑλιξ', referente Marklando. Musgravius tamen omnes Codd. Pariss. affirmat habere ἕλιξ', quod mutavi in ἕλιξεν.

Πυθίων δόμων
χθονίαν ἀφελεῖν θεᾶς μαντοσύναν.

Mentem poetae interprètes non perspexerunt. Requirunt enim *ἐς Διὸς θρόνον*, vel tale quid. Sensus est: puerilem e Iovis solio (veluti fulmen gerens) vibravit manum, quo Pythicas domos a subterranea deae vaticinatione liberaret. Ita perspicere etiam licet, quid fuerit, quod Iovi risum moveret. Qui strophicis aequales syllabas desiderabit, leget *Ζηνὸς* pro *Διός*. Sed nihil opus.

V. 1239. Ab hoc versu usque ad v. 1245. magna est in libris confusio. In Aldina enim leguntur sic:

χθονίαν ἀφελεῖν
θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ' ἐνοπάς.
γέλασε δ', ὅτι τέκος ἅφαρ ἔβα,
πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.
ἐπεὶ δ' ἔσεισε κόμαν
παῦσε νυχίους ὀνείρους
ἀπὸ δὲ λαθοσύναν
νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν.

Nec variant libri, nisi quod pro *λαθοσύναν* Musgravius monet ambo Mss. habere *μαντοσύναν*, idemque in suo Aldinae exemplari annotatum esse. Marklandus et vir doctus apud Heathium idem repèrerant coniectura. Praeterea pro *ἐπεὶ δὲ* recte Musgravius *ἐπὶ δέ*. Totius loci emendationem, dubium non est, quin numeri strophici moderari debeant, in quibus praeter *ἀμφέπει* in *ἄμφεπε* mutandum ne syllaba quidem vitii suspicionem habet. Hic autem propter ista, *χθονίαν θεᾶς μῆνιν*, *νυχίους ἐνοπάς*, *νυχίους ὀνείρους*, *μαντοσύναν*, *νυκτωπὸν*, quae cuncta de una eademque re dicuntur, confusio erat in propinquo, quum alterum alteri explicationis causa superscriptum genuinam lectionem subinde aut foedare aut prorsus loco movere posset. Omnis certe confusio versatur circa haec verba. Quo facilius numeros strophicos diligenter consulenti factas a nobis mutationes ap-

γέλασε δ', ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα,
πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.
ἐπὶ δ' ἔσεισεν κόμαν,
παῦσεν νυχίους τ' ἐνοπάς·
ἀπὸ δὲ μῆνιν Θεᾶς
νυκτωπὸν ἐξεῖλεν βροτῶν,
καὶ τιμὰς πάλιν
θῆκε Λοξίᾳ,
πολυάνορι δ' ἐν ξενόεντι θρόνῳ
Θάρση βροτοῖς θεσφάτων ἀοίδαις.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ ναοφύλακες, βώμιοί τ' ἐπιστάται,

---

probabimus. Versu 1239. ad voces *Θεᾶς μαντοσύναν* adscriptum erat e sequentibus *Θεᾶς μῆνιν* et *νυχίους ἐνοπάς*, quae quum in textum admissa essent, exulare debebat vox *μαντοσύναν*, quam sciolus infra posuit loco verborum *μῆνιν Θεᾶς*, ne eadem bis recurrerent. Ob eandem causam v. 1243. pro *νυχίους ἐνοπάς* correxit aliquis *νυχίους ὀνείρους*, nisi omnino *νυχίους ἐνοπάς* explicatum est per *ὀνείρους*, idque postea in textum irrepsit, ita, ut simul retineretur adiectivum *νυχίους*, quod ipsum satis manifestum reddit, verba *νυχίους τ' ἐνοπάς* antiquitus huc pertinuisse. Ceterum v. 1239. *Θεᾶς* monosyllabum est.

V. 124. *ἔσεισεν*. Vulgo *ἔσεισε* et proxime *παῦσε* et *ἐξεῖλε*. Possis etiam cum Musgravio *ἐπὶ δὲ σείσας κόμαν παῦσεν*.

V. 1248. Vocem *ξενόεντι* cur Marklandus suspectam habeat, non perspicio. Neque magis tentandam puto Hesychii glossam *ξεινοῦσσαι, ξενῶνες*, ubi Albertius mavult *ξεινοῦσαι*. — Locum intellige sic: Apollini honorem reddidit, hominibus vero fiduciam oraculorum, hac celebri sede editorum.



Θόας, ἄναξ γῆς τῆσδε, ποῦ κυρεῖ βεβώς;
καλεῖτ', ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας,
ἔξω μελάθρων τῶνδε κοίρανον χθονός.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' ἔστιν, εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

βεβᾶσι φροῦδοι δίπτυχοι νεανίαι,
Ἀγαμέμνονείας παιδὸς ἐκ βουλευμάτων
φεύγοντες ἐκ γῆς τῆσδε, καὶ σεμνὸν βρέτας
λαβόντες ἐν κόλποισιν Ἑλλάδος νεώς.

ΧΟΡΟΣ.

ἄπιστον εἶπας μῦθον· ὃν δ' ἰδεῖν θέλεις
ἄνακτα χώρας, φροῦδος ἐκ ναοῦ συθείς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ποῖ; δεῖ γὰρ αὐτὸν εἰδέναι τὰ δρώμενα.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἴσμεν· ἀλλὰ στεῖχε, καὶ δίωκέ νιν,
ὅπου κυρήσας τοῦσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὁρᾶτ', ἄπιστον ὡς γυναικεῖον γένος,

V. 1254. Musgravii Ms. G. ἢ χρὴ. Marklando obscurior videtur mens huius iambi, sed bene eum intellexerunt Heathius et Musgravius. Sensus: quidnam est? si tamen licet hoc dicere, i. e. rogare, quae rogare non iussa sim.

V. 1257. φεύγοντες. Multum a vero aberrat Marklandus, qui mavult φυγόντες, aor. secundi, ut proxime λαβόντες. Horum enim participiorum diversa ratio est. Quippe fugiebant adhuc, quum abirent, sed deae statuam iam secum abstulerant.

μέτεστί θ' ὑμῖν τῶν πεπραγμένων μέρος.

ΧΟΡΟΣ.

μαίνει· τί δ' ἡμῖν τῶν ξένων δρασμοῦ μέτα;
οὐκ εἶ κρατούντων πρὸς πύλας ὅσον τάχος;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὔ, πρίν γ' ἂν εἴποι τοῦπος ἑρμηνεὺς τόδε,

V. 1265. *μέτεστί θ' ὑμῖν.* Marklandus praetulerit *μέτεστι χ' ὑμῖν.* Magis placeret *μέτεστιν ὑμῖν.*

Ibid. *μέρος.* Male post *πεπραγμένων* Marklandus comma ponit, *μέρος* explicans *κατὰ μέρος, pro parte vestra*, quae explicatio iam improbata est a Schaefero ad Lamb. Bos. p. 283. Cf. ibi p. 280. et Heindorf. ad Plat. Soph. p. 338.

V. 1266. *μαίνει.* Vulgo *μαίνῃ*, et paulo post *τοῦ* pro *τῶν*. Marklandus: „Pro *τοῦ* A. C. habent *τῶν*. Bene. Nam Orestes et Pylades passim vocantur *οἱ ξένοι*."

V. 1267. Tribuitur vulgo hic versus nuntio, proximi duo choro, et tres sequentes iterum nuntio. Sed vere Heathius: „Male, ut opinor, haec personis dispertita leguntur. Primus enim horum versuum aeque ac praecedens ad chorum pertinet, quae, ut plus temporis Oresti ad evadendum supersit, nuncium conatur a templo, ubi tunc revera agebat Thoas, ad regiam amandare. Quinque autem sequentes versus omnes nuncii personae sunt tribuendi, quorum duobus prioribus chorum alloquitur, reliquis tribus templi aedituos inclamat." Cum Heathio etiam facit Musgravius.

V. 1268. *τοὔπος.* Ita Aldus. Vulgo *τοὔπος.*

Ibid. *ἑρμηνεὺς.* Musgravius: „i. e. *κῆρυξ, praeconum regiorum aliquis. Κήρυκες*, quibus officii pars erat, diversas linguas callere, inde a veteribus *ἑρμηνεῖς* nonnumquam dicti sunt. Vid. Polluc. lib. IV.



εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον ἀρχηγὸς χθονός.
ὠή· χαλᾶτε κλῆθρα, τοῖς ἔνδον λέγω·
καὶ δεσπότῃ σημήναθ', οὕνεκ' ἐν πύλαις
πάρειμι, καινῶν φόρτον ἀγγέλων κακῶν.

ΘΟΑΣ.

τίς ἀμφὶ δῶμα θεᾶς τόδ' ἵστησιν βοήν,
πύλας ἀράξας, καὶ φόβον πέμψας ἔσω;

---

sect. 94. Nostri Electr. v. 333. Sic Virgilio *interpres divum* est *praeco*, vel *nuncius divum*." Nimis argute. Pro simplici τὶς poeta explicatius dixit ἑρμηνεὺς, *qui exponere possit*, i. e. qui sciat. Electrae locus a Musgravio allatus alius naturae est.

V. 1269. ἔνδον, i. e. in templo.

V. 1272. ἀγγέλλων. Schaeferus edidit ἀγγελῶν, opinor, quod plerumque ita Euripides loqui solet, ut Phoeniss. 1091. Pors. (ubi tamen quidam libri ἀγγέλλων) Androm. 1071. Suppl. 638. Troad. 238. coll. Rhes. 268. Atque infra v. 1375. nuntius de eadem re: ἀπεστάλην σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας. Nostro tamen loco librorum lectionem tolerandam puto, quod homo non magis narraturus erat, quam narraverat. Mulieribus enim iam paulo ante summam rei exposuerat. Ἀγγέλλων igitur hic idem fere est, quod alias ἄγγελος. Cf. Androm. 822. Rhes. 52. et paulo post ad v. 1284.

V. 1274. πύλας ἀράξας. Marklando Euripideum magis videtur πύλας τ' ἀράξας καί etc. Imo illud τ' si libri haberent, equidem omitterem. Sensus est: πύλας ἀράξας, καὶ οὕτω, i. e. διὰ τὸ ἀράξαι, φόβον ἔσω πέμψας. Ceterum iure Musgravius spreyit lectionem libri P. ψόφον pro φόβον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων,
ὡς ἐκτὸς εἴης· σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα.

ΘΟΑΣ.

τί προσδοκῶσαι κέρδος ἢ θηρώμεναι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

αὖθις τὰ τῶνδε σημανῶ· τὰ δ' ἐν ποσὶν παρόντ' ἄκουσον. ἡ νεᾶνις, ἣν θάδε βωμοῖς παρίστατ', Ἰφιγένει' ἔξω χθονὸς σὺν τοῖς ξένοισιν οἴχεται, σέμνον θεᾶς

V. 1275. Reliqui vitiosum versum, ut libri exhibent, quoniam ex multis, quae exstant, emendationibus apud me quidem nulla satis habet fidei. Piersonus Veris. p. 66. reponit ψευδῶς λέγουσαι μ' αἵδ' ἀπήλαυνον δόμων, Heathius ψευδῶς λέγουσαι δή μ' ἀπ. δ., Marklandus ψευδῶς ἔλεγον αἵδ', αἱ μ' ἀπ. δ. Musgravio omne vitium latere videtur in verbis ψευδῶς ἔλεγον, in quo me assentientem habet. Neque male ille coniicit ψύθρ' ἔλεγον secundum Hesychii glossas ψυδρά, ψευδῆ, et ψυδρόν, ψευδές. Hermanno ab explicatore adiectum videtur verbum ἔλεγον, scribendumque:

ψευδῶς μὲν αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων,
ὡς ἐκτὸς εἴης, σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα,

ut per ellipsin ἔλεγον omissum sit, (cf. ad Lamb. Bos. Ellips. vv. λέγειν et ψεύγγομαι ed. Schaef.) et particulae μὲν respondeat proximum δέ. Ψευδῶς ἐρεῖν Noster dixit Iphig. Aul. 1005.

V. 1276. εἴης. Ita Canterus et Scaliger. Vulgo ἦς.

V. 1278. αὖθις. Sic Schaeferus. Libri αὖτις. Vid. supra ad v. 316.

ἄγαλμ' ἔχουσα· δόλια δ' ἦν καθάρματα.

ΘΟΑΣ.

πῶς φής; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

σώζουσ' Ὀρέστην· τοῦτο γὰρ σὺ θαυμάσει.

ΘΟΑΣ.

τὸ ποῖον; ἆρ' ὃν Τυνδαρὶς τίκτει κόρη;

V. 1283. *τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;* Marklandus: „Sensus videtur esse, quid sibi volens? quam mentem rei habens? Difficultas est in voce *πνεῦμα*. Cod. B. *κεκτημενους*, quae vox forte explicari potest per abruptionem.“ Talis abruptio hic locum non habet. Metaphoram ductam apparet a navigatione. Verba igitur *τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη* explicanda videntur, *τίνι συμφορᾶς πνεύματι φερομένη, quonam casu, quanam re, veluti vento, impulsa?*

V. 1284. *σώζουσ'*. Non opus est, ut cum Marklando legatur *σώσουσ'* in futuro. Noster Electr. 1019.

κεἰ μὲν, πόλεως ἄλωσιν ἐξιώμενος
ἢ δῶμ' ὀνήσων, τἄλλα τ' ἐκσώζων τέκνα,
ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ, σύγγνωστ' ἂν ἦν.

Paulo post v. 1298. eodem modo legimus *θύουσα*, pro quo non maiori iure Reiskius coniicit *θύσουσα*. Si opus esset, plures huius generis loci afferri possent. Vid. supra ad v. 1272. coll. Zeun. ad Viger. p. 344. ed. Herm.

Ibid. *θαυμάσει*. Libri *θαυμάσῃ*.

V. 1285. *τὸ ποῖον*. Ita Marklandus cum Aldo et Cod. B. comparans Iph. Aul. 517. Soph. Oed. R. 120. et Platonem, qui saepe hac formula utitur. Codd. Musgr. E. et P. *τὸν ποῖον*, quod ille praetulit.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὃν τοῖσδε βωμοῖς θεὰ καθωσιώσατο.

ΘΟΑΣ.

ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

μὴ νταῦθα τρέψῃς σὴν φρένʼ, ἀλλʼ ἄκουέ μου.
σαφῶς δʼ ἀθρήσας καὶ κλύων, ἐκφρόντισον,
διωγμὸς ὅστις τοὺς ξένους θηράσεται.

ΘΟΑΣ.

λέγʼ· εὖ γὰρ εἶπας· οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
φεύγουσιν, ὥστε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.

V. 1286. „Oxon. (et C.) θεᾷ, casu recto. Bene, neque opus erat duobus dativis.“ Markl. Aldus enim θεᾷ.

V. 1287. πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω. „Potius putarem μεῖον· quo enim minore nomine recte te possim appellare?“ Markl. Nihil mutandum. Thoanti, quum nuncium sequens hoc factum θαῦμα appellat, non satisfacit hoc, non putat se τετυχηκέναι, i. e. apto et satis forti nomine illud appellasse. Quaerit igitur, quonam fortiori nomine te appellare licebit, ut convenienter appellem?

V. 1291. ἀγχίπλουν πόρον. Optime explicat Henr. Stephan. Thes. Ind. p. 264. *navigatio, qua propinqua tantum loca permeantur*, i. e. *brevis et non longinqua*. Nostrates etiam dicere possunt *eine nahe Reise* pro *eine kurze, eine kleine Reise*. Dicit igitur Thoas: iter, quod fuga iis emetiendum est, longinquius est, quam ut me iamiam effugerint, i. e. priusquam hoc iter perficere poterunt, eos assequar. Πόρον φεύγειν, ut πόρον ἐλθεῖν supra v. 116.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐπεὶ πρὸς ἀκτὰς ἤλθομεν θαλασσίας,
σὺ ναῦς Ὀρέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη,
ἡμᾶς μέν, οὓς σὺ δεσμὰ συμπέμπεις ξένων
ἔχοντας, ἐξένευσ' ἀποστῆναι πρόσω
Ἀγαμέμνονος παῖς, ὡς ἀπόῤῥητον φλόγα
θύουσα, καὶ καθαρμὸν, ὃν μετῴχετο.
αὐτὴ δ' ὄπισθε δέσμ' ἔχουσα τοῖν ξένοιν
ἔστειχε χερσί· καὶ τάδ' ἦν ὕποπτα μέν,
ἤρεσκε μέντοι σοῖσι προσπόλοις, ἄναξ.
χρόνῳ δ', ἵν' ἡμῖν δρᾶν τι δὴ δοκῇ πλέον,

οὗτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον.

Cf. ad v. 1082. Male igitur interpretes latini *πόρον* hic reddunt *mare*, peius etiam Scaliger pro *φεύγουσιν* mavult *φεύξουσιν*. In Hesychio, ubi hanc glossam legimus: *ἀγχίπους, εὐδιακόμιστος, καὶ ὁ παρεστὼς, καὶ σύνεγγυς. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις.* mihi quoque, quod quidam voluerunt, corrigendum videbatur *ἀγχίπλους*, maxime quum statim vocem *ἀγχίπορος* etiam explicet per *εὐδιακόμιστος*. Defendit tamen et explicat Hesychii lectionem Hermannus ad Viger. p. 949. ed. alt.

V. 1293. Venimus ad nuntii narrationem de Orestis et Iphigeniae fuga, quae ob difficultates, quibus scatet, famam nacta est. In qua explicanda si nos quoque labantes viderint, veniam dabunt aequi existimatores.

V. 1294. *ὡρμισμένη*. Cod. A. Marklandi *ὡρμημένη*.

V. 1297. *ἀπόῤῥητον φλόγα θύουσα*, i. e. sacrificium accensura, cui adesse vetitum erat.

V. 1302. *ἵν' ἡμῖν δρᾶν τι δ. δ. π.* Verte cum Marklando: *ut nobis aliquid maius scilicet videretur agere.*

ἀπωλόλυξε, καὶ κατῇδε βάρβαρα
μέλη μαγεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή.
ἐπεὶ δὲ δαρὸν ἦμεν ἡμενοι χρόνον,
εἰσῆλθεν ἡμᾶς, μὴ λυθέντες οἱ ξένοι κτάνοιεν αὐτὴν, δραπέται τ' οἰχοίατο·
φόβῳ δ' ἃ μὴ χρῆν εἰσορᾶν καθήμεθα
σιγῇ· τέλος δὲ πᾶσιν ἦν αὐτὸς λόγος,
στείχειν ἵν' ἦσαν, καίπερ οὐκ ἐωμένοις.
κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος, ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον,

---

V. 1303. κατῇδε. „Ita lib. P. ut recte Barnesius. Ed. Ald. κατεῖδε." Musgrav.

V. 1304. μαγεύουσ'. Sic scribens obtemperavi viris doctissimis, Reiskio, Valckenario, Marklando, Musgravio, qui consensu ita poetam dedisse statuunt. Libri ματεύουσ', parum apte. Quodsi velis explicare per μελετῶσα sive σπουδῇ ποιοῦσα, is verbi ματεύειν usus exemplis adstruendus erit. Noli autem cum Marklando interpungere μαγεύουσ' ὡς, φόνον νίζουσα δή. Nam ὡς spectat ad vicinum δή. Similiter de re ficta Noster Hel. 1593.

ὡς τῷ θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν.

et alibi saepe. Etiam continuas, nullo vocabulo interiecto, has particulas legimus Aeschyl. Agam. v. 1644.

ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει.

Nostri Alcest. 1017. Androm. 234. 595. et saepius.

V. 1308. Aldus: ἃ μὴ χρῆν.

V. 1309. ἄὐτὸς. Ita Schaeferus. Aldus αὐτός.

V. 1310. ἐωμένοις. Schaeferus Mel. Crit. p. 99. not. malit ἐῶμένους, citato Brunck. ad Aeschyl. Prometh. v. 217. Si libri ita haberent, sane praeferendum esset.

V. 1312. ταρσῷ κατήρει πίτ. ἐπτερ. Musgravius: „Ἑλλάδος νεὼς σκάφος etiam sequente πίτυ-

ναύτας τε πεντήκοντ' ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
ἔχοντας· ἐκ δεσμῶν δὲ τοὺς νεανίας
ἐλευθέρους πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.

λον defendi potest. Vid. Heraclid. v. 489. Hel. v. 2. [hi quidem loci parum apti sunt.] Alioqui legi posset *σκάφει*. Mihi tamen neutra ratio satis placet. Lego igitur, versibus transpositis:

ναύτας τε πεντήκοντ' ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον
ἔχοντας.

πλοῖον κατῆρες legitur Herodot. VIII. 21." Marklandus coniicit *κατῆρες*, scil. *σκάφος*. Mihi non tanta videtur loci difficultas, ut mutatione egeat. *Ταρσὸς κατήρης* eodem iure dici potest, quo apud Homerum *εὐήρες ἐρετμόν*, vid. nos ad Eur. Electr. v. 493. Vox *πίτυλος* saepius apud Nostrum simpliciter *navigium* significat, cf. Troad. 1130. Heracl. 834. et Nostrae fabulae supra v. 1020. *νεὼς — πίτυλος εὐήρης πάρα*. Quod ibi dixit *πίτυλον εὐήρη*, nostro loco circumscripte vocat *πίτυλον ταρσῷ κατήρει ἐπτερωμένον*. Nam remi apud poetas navis sunt *πτερά*, vid. not. ad Troad. v. 1093. coll. supra v. 278. Etiam vet. glossa lat. gr. *lemunculus*, *πίτυλος*, *σκαφίδιον*. Poterat quidem poeta vocem *πίτυλον* plane omittere, praegresso *νεὼς σκάφος*, sed est ea abundantia poetis satis familiaris.

V. 1315. *πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς*. „Interpretantur: *in puppi navis stantes;* contra mentem procul dubio auctoris; quidni enim Iphigenia simul intrasset? vel unde factum dicemus, ut paulo post Orestes cum satellitibus Thoantis pugnis, et proinde in litore decertet? Vera interpretatio est *a puppe* navis, id quod anglice diceremus a-stern of the ship. Eodem sensu Arrianus *κατὰ πρύμναν τῶν νεῶν*, de Exped. Alex. p. 30. Ed. Gronov. Polybius: *κεῖσθαι δὲ τῆς πόλεως κατὰ χειμερινὰς ἀνατολὰς* p. 369. Ed. Cas. ubi *τῆς πόλεως* est pro

κοντοῖς δὲ πρῶραν εἶχον, οἱ δ' ἐπωτίδων 1350

ἀπὸ τῆς πόλεως. Confirmat hoc res ipsa. Puppis scilicet litori ex more antiquorum obversa erat. Consentaneum igitur, ab hac parte stetisse, qui mox adscensuri erant." Ita Musgravius, cui de re plane assentior. Errat Heathius, qui etiam Iphigeniam putat navem intrasse eamque postea a Thoantis satellitibus ex ea esse retractam. Hoc falsum esse, quum alia demonstrant, tum hoc, quod, si Orestes cum sorore et amico navem intrassent, haud dubie etiam deae-statuam secum tulissent. Eam tamen infra demum v. 1350. Orestes navi imponit. Dices etiam hanc a Thoantis ministris ex navi in littus esse reportatam. At ubinam hoc docemur? Praeterea si Orestes et Pylades ex nave egredientes in istos homines impetum fecissent, profecto non soli egressi essent, sed milites, qui in navi erant, simul descendissent ad opem illis ferendam. Orestes potius et Pylades navis appulsum exspectantes, subito a Thoantis satellitibus circumventi, quum navis, unde auxilium iis esset, nondum plane appulisset, soli se cogebantur defendere.

V. 1316. πρῶραν. Vulgo πρώρας, ex Brodaei coniectura, Aldus πρῴροις, non πρώρας, ut refert Musgravius. Sed Codd. Par. omnes πρώραν. Docte de hoc loco disputat Musgravius: „Videtur perversa huius clausulae interpretatio tenebras toti huic narrationi offudisse, plerisque scilicet nominativum verbo εἶχον ex praecedenti commate arcessentibus, ut intelligatur, Pyladem et Orestem fuisse, qui proram contis sustentarent. Verum id neque dignitati eorum conveniebat, neque omnino facere potuerunt, in litore adhuc stantes. Enimvero subaudiendum est οἱ μέν, cui deinde opponitur notissimo more οἱ δέ. Huius Ellipseos, quae nec valde usitata est, nec a multis tamen animadversa, insigne apud Homerum exemplum est, Iliad. χ'. v. 157.

1320 ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν

οἱ δὲ κλίμακας
σπεύδοντες ἦγον διὰ χεροῖν, πρύμνης τ' ἄπο,
πόντου διδόντος, τῇ ξένῃ καθίεσαν.

Alii vero festinantes scalas in manibus apportabant, et a puppi, ponto tum concedente, hospiti demittebant. Πρυμνήσια, quod olim in Exercitationibus defendi, nunc, mutata sententia, repudio, quia, si de scalis simul et rudentibus loqui voluisset auctor, coniunctionem haud dubie adiecisset. Origo mendi referenda est ad finem vocis ἀπὸ cum initio vocis πόντῳ confusum, quod fieri facile potuit, versibus continuo ductu scriptis, ut in Ms. 2712. Bibliothecae Reg. Paris. " Musgrav. Locus sane perquam difficilis. Musgravii mutationes liberiores sunt, neque placent illa, πόντου διδόντος, χεροῖν autem vulgato χερῶν etiam minus aptum, quum non de uno homine, sed de pluribus sermo sit. In Exercitationibus, p. 47. nihil ille mutat, quam τὴν ξένην in τῇ ξένῃ et πρυμνήσια demissa putat ad adscensionem iuvandam. Facilis quidem est correctio τῇ ξένῃ, sed ne hoc quidem Euripidem dedisse puto. Nam unde regis satellites suspicarentur, scalam sive quicquid ex nave demittebatur, hoc *Iphigeniae* potissimum demitti, neque potius Oresti et Pyladi, quibus non minus adscendendum erat, quorumque navem esse apparebat? Immo hos ipsos prope ad puppim adstitisse, supra dictum est; de Iphigenia autem, ubi steterit, nihil adhuc comperimus. Vim aliquam habet, quod Musgravius tangit, participium σπεύδοντες indicare, τὸ σπεύδειν κλίμακας et τὸ ἄγειν πρυμνήσια ad unam eandemque actionem pertinuisse. Sunt tamen Graeci in participiorum usu paulo liberiores, maxime quum de actionibus sermo est, quae uno eodemque tempore fiunt; cf. Matthiae ad Hom. Hymn. p. 134. Monendum etiam est, vocem πρυμνήσια vix usquam de aliis funibus usurpari, quam quae alias ἀπόγεια, ἐπίγεια, πείσματα Graeci vo-

θόλια τεχνήματ', εἰχόμεσθα τῆς ξένης, 1355

---

cant, Latini *retinacula*. Unum Etymologum M. hac voce adiective usum video p. 177. l. 46. ubi ἄφλαστα (navis partem in puppi) dicit πρυμνήσια. Quocirca si probabile esset, navem ad terram religatam fuisse, priora ista explicarem, *alii scalas propere applicabant, simulque retinacula* (soluta ab Oreste et Pylade) *in navem per manus retrahebant*. Lucian. II. p. 163. ed. Bipont. λύε τὰ ἀπόγεια, τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνεσπάσθω, collato, quem ibi Hemsterhusius citat, Polyaen. IV. c. 6. p. 374. ἄλλοι μὲν ἀνέσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνεῖλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο. At navis ad terram non videtur religata fuisse, sed paulo remotius a littore iactas tantum ancoras habuisse, alioquin haud dubie et ipsa scala iam applicata navisque omnino adscensui apta fuisset, et nonnulli e nave egressi in littore stetissent ad retinacula aut custodienda aut, si opus esset, solvenda. Quae omnia secus fuisse, manifestum est. Quae quum ita sint, equidem pro τὴν ξένην repono τοῖν ξένοιν, locum ita explicans: *alii propere applicabant scalas, simulque retinacula* (e navi) *per manus ducebant, eaque in mare proiecta hospitibus demittebant*, scilicet, ut horum ope navem propius ad littus attraherent eamque fixam tenerent, ut mulier commode posset adscendere. Videtur enim Iphigenia in sicco littore remansisse, Orestes vero cum Pylade in mare usque ad puppim navis processisse. Namque usque ad siccum littus navem nondum adactam fuisse, clarissime infra v. 1347. apparet, ubi Orestes, necessitate coactus, ne navem adigendo tempus amplius tereret, sublata in humeros suos Iphigenia, in mare usque ad navem descendit. Ex nostra explicatione etiam participium aoristi nihil offensionis habet. Nam postquam initia funium in mare proiecerant, nondum omnis ideo funium longitudo demissa erat, sed demittentes continuabant. Cete-

πρυμνησίων τε· καὶ δι' εὐθυντηρίας

---

rum scalam navi non affixam, sed mobilem fuisse, i. e. et applicari potuisse et iterum demi, testimonio sunt et loci citati et Heliodor. libr. I. οὔπω δὲ τῆς ἀποβάθρας ἀκριβῶς κειμένης, ἐξήλατό τις, coll. Polluc. VIII. sect. 120. μήτε ἀποβάθραν, μήτε ἀγκύραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. De funariis scalis cogitare noli. vid. Iungerm. ad Polluc. I. 93. qui affert locum ex Long. libr. 2. καὶ τά τε πρόβατα κατὰ τῆς ἀποβάθρας ἐξέτρεχον, οὐκ ὀλισθαίνοντα τοῖς κέρασι τῶν χηλῶν. Adde Lucian. II. p. 162. ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. In errore igitur versatur Heathius ad Eurip. Hel. v. 1586.

V. 1322. Post πρυμνησίων τε recte interpunxerunt Aldus et antiquissimae editt. Proxima quum non intelligerent, plerique aut male interpretati sunt, aut perperam correxerunt. Primum verbum ἐξηροῦμεν de conatu interpretandum, *auferre volebamus*, ut recte reddit Marklandus; deinde verba δι' εὐθυντηρίας et οἴακας minime tentanda sunt. Εὐθυντηρία, quam navis partem fuisse Hesychius docet, aut locus fuit in puppi, ubi foramina sive cava erant, in quibus ὁ εὐθυντὴρ versabatur, aut ipsis his cavis nomen illud fuit. Est igitur δι' εὐθυντηρίας fere idem quod ἐξ εὐθυντηρίας, *durch die εὐθυντηρία heraus*. Lucianus Toxar. §. 6. (Tom. VI. p. 62. ed. Bip.) picturam describens, qua fabula haec, paucis mutatis, repraesentata sit, ut aliorum ita huius loci explicator haberi potest. Scribit ille sic: οἱ Σκύθαι δὲ ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκπρεμανύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἀναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν. Heathius, qui unam navem non plura gubernacula habuisse contendit, non consuluerat Schefferum de Milit. Nav. p. 146. Vid. etiam Reitz. ad Lucian. locum modo citatum.



οἵακας ἐξηρούμεν εὐπρύμνου νεώς.
λόγοι δ' ἐχώρουν, τίνι λογῳ πορθμεύετε,
κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανα καὶ θυηπόλον;
τίνος, τίς ὢν σὺ, τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;
ὁ δ' εἶπ' Ὀρέστης τῆσδ' ὅμαιμος, ὡς μάθῃς,
Ἀγαμέμνονος παῖς, τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι
λαβὼν ἀδελφὴν, ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων.
ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
καὶ πρός σ' ἕπεσθαι διεβιαζόμεσθά νιν·

V. 1324. *πορθμεύετε*. Musgravii Ms. G. et P. *πορθεύετε*.

V. 1325. *ξόανα καὶ θυηπόλον*. Vulgo *ξόανον καὶ θυηπόλον* corrupto metro. Musgravius aut *ξέσμα* aut *ξόανα* reponi iubet. Alterum verum videtur. Displicet enim Marklandi *ξόανον ἢ θυηπόλον*. Nam unde suspicati fuerint, hospites alteram tantum utram, aut statuam aut sacerdotem, rapere velle? Suspicabantur potius mehercle, utramque eos, si possent, ablaturos.

V. 1326. *τίς ὢν σὺ*. Vox *σὺ* in libris deest. Addiderunt Marklandus et Musgravius, quorum prior comparat Andromach. 883. *τίς σὺ πυνθάνῃ τάδε*, ibid. 648. Heraclid. 658. Ion. 308. Alii male correxerant *τίς ὢν γε*, Reiskius *τίς ὢν τήνδ' ἐξαπεμπολᾷς*.

V. 1327. Recte post *εἶπ'* Barnesius colon posuit. Sequuntur enim Orestis verba.

Ibid. *μάθῃς*. Aldus *μάθοις*. „Usitatius [imo rectius] *μάθῃς*, et ita omnes Parisienses. Supra v. 1030. Cyclop. 143. Androm. 1073. et innumeri alii loci.“ Markland.

ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων.
κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν,
ἡμεῖς τε· πυγμαὶ δ' ἦσαν ἐγκροτούμεναι,
καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν ἅμα
εἰς πλευρὰ καὶ πρὸς ἦπαρ ἠκοντίζετο,
ὥστε ξυναλγεῖν καὶ συναποκαμεῖν μέλη.
δεινοῖς δὲ σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι,

V. 1332. τὰ δεινὰ πλ. Articulum, opinor, addit, quod signa huius certaminis ore prae se ferebat. Loquitur itaque tanquam de re nota. Cf. infra v. 1338.

V. 1334. ἡμεῖς τε. Marklandus: „*Et nos*, scil. οὐκ εἴχομεν σίδηρον, *nullos habebamus enses*: ut in isto Lucian. Ver. Hist. p. 682. δένδρον δὲ, οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν, i. e. οὐδὲ δένδρον οὐδὲ ὕδωρ, et Pindari Pyth. X. ναυσὶ δ' οὔτε (f. οὐδὲ) πεζὸς ἰὼν, i. e. οὐδὲ ναυσὶ, οὐδὲ πεζὸς, vel ναυσί τ', οὔτε πεζός. Vid. Iphig. Aul. v. 355." Cf. Schaef. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 777.

V. 1337. ξυναλγεῖν. Vulgo ξυνάπτειν. Est quidem usitatum hoc verbum *de pugna*. Nost. Orest. 1482. φασγάνων ἀκμὰς συνήψαμεν, Suppl. 683. συνῆψαν ἀλκὴν, et saepe συνάπτειν μάχην. Sed ut aliis interpretibus, ita et mihi illud nostro loco parum videtur conveniens. Vertunt: *Et manus ab utroque iuvene simul in latera nostra et hepar iniectae ferebantur, ita ut committerentur et defatigarentur membra.* Per se enim patet, utrosque manus conseruisse. Quare praefero elegantem Hermanni coniecturam ξυναλγεῖν. Litteras τ et γ saepissime confundi nota res est, sed etiam π et λ facillime inter se permutantur, vid. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 729. seq. Marklandus proponebat ὡς ξύν τ' ἀπειπεῖν.

V. 1338. ἐσφραγισμένοι, *signati*. Confert hunc

ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
κάθαιμ' ἔχοντες τραύματ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν.
ὄχθοις δ' ἐπιστάθέντες, εὐλαβεστέρως
ἐμαρνάμεσθα, καὶ πέρους ἐβάλλομεν.
ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται, πρύμνης ἔπι
σταθέντες, ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.
κἀν τῷδε, δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν
πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα,

---

locum Iacobsius ad Philippi Epigr. XXXIII. 4. Anal. II. p. 221.

οὔ κατ' εὔγυρον πάλην
ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφυάγισεν.

V. 1340. Aldus male οἵδ', ut etiam supra v. 1316. et infra v. 1361. 1393.

V. 1344. ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω. Recte latinus interpres: *ut repellerent nos procul.* Male vertit Heathius.

V. 1346. φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα. Aldus: φόβος δ' ἦν ναυάταις τέγξαι πόδα, sed illud dedimus cum Marklando ex lectione conspirante Codd. A. B. C. Disputat vir doctissimus sic: „Supra voces φόβος δ' ἦν, videtur scriptum fuisse ναυάταις vel ναυβάταις, [putem potius ναύταις, ex quo deinde versus causa factum sit ναυάταις vel ναυβάταις] explicationis gratia. Ea vox, cum metro satisfaceret, et simul loeum planiorem redderet, in contextum videtur admissa." Vox ναυάταις unde originem habeat, intelligi potest, non item, unde venerit altera lectio ὥστε μή. Insolens sane locutio est, quam neque alio exemplo firmare possum, quod plane geminum sit, i. e. in quo pleonasticum illud ὥστε occurrat post verbum *timendi.* Ne tamen ab lingua graeca eam putes abhorrere, vid. Matthiae Gramm. Graec. §. 530. not. 2. p. 761. §. 532. not. 1. p. 762. Schaef. ad Lamb.

λαβὼν Ὀρέστης ὦμον εἰς ἀριστερὸν,
βὰς εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορὼν,
ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμου νεώς,
τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο

Bos. Ell. p. 784. coll. Hermanno de Ellips. et Pleonasm. p. 194. Ab exemplis enim, quae de pleonastico particulae usu viri doctissimi afferunt, quaedam non minus mira sunt, quam nostrum. In novissima Vigeri editione p. 949. illud ὥστε Hermannus explicat *ut adeo*, nostro quoque loco citato et explicato. — De scriptura ναυάτης pro ναυβάτης Marklandus confert Hemsterh. ad Polluc. lib. VII. c. 29. p. 781. et Addenda.

Ibid. τέγξαι πόδα. Recte explicant *naufragium facere, evertere navem.* De *pede navis* diximus supra ad v. 1104. Confert Musgrav. Orest. v. 706. ibique Scholiastem.

V. 1349. εὐσέλμου. Ita Musgr. Ms. G, ut voluerat Piersonus Veris. I. 2. p. 25. comparans Rhes. v. 97. loca Homerica, et Hesychium sub v. eiusque interpp.

V. 1350. sqq. τό τ' οὐρανοῦ πέσημα — ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ — βοή τις. Ita verissime Marklandus. Aldus, qui praecedentem versum puncto claudit, τὸ δ' οὐρανοῦ π. — ἄγαλμα, νηὸς ἐκ — βοὴν τιν'. Sed absurdum est, statuam dicie vociferari, neque hoc ullo pacto conciliari potest cum proximis, ὥνπερ οὕνεκ' Εὔξ. πόρον — εἰσεπλεύσαμεν. Unde locus laboraret, iam indicaverat Heathius. Praeterea v. 1352. omnes Codd. Par. habent βοή τις pro βοὴν τιν'. Comparat Markl. Andromach. v. 1148. Bacch. 1076. Pausan. Messeniac. p. 233. ed. Sylb. Ad voces οὐρανοῦ πέσημα cf. supra v. 88. De genitivo isto disputat Hermann. de Ellips. et Pleon. p. 146.

βοή τις· ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεὼς,
λαβέσθε, κώπαις τε ῥόθια λευκαίνετε·

V. 1352. ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς. Ita Aldus, comma ponens post νεώς. Piersonus l. l. proponit ὦ τῆς Ἑλλ. ναῦται νεώς, coll. v. 1292. et v. 1311. ubi item legimus Ἑλλάδος νεώς, et Cyclop. v. 85. Sed valde displicet articulus ille. Elegantiùs et fortasse vere Marklandus: ὦ τῆσδ' Ἑλλάδος ναῦται νεώς, cui comparare poterat supra v. 17. ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας. Servavi tamen veterem lectionem. Noster Phoeniss. v. 1231. ὦ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάται, Hel. v. 1609. ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα, Hercul. Fur. 1164. γῆς Ἀθηναίων κόροι. Coniungo autem ναῦται νεώς, i. e. τῆσδε νεώς. Vocem νεὼς addit, ne videantur κατ' ἐξοχὴν Graeciae nautae dici. Locus ex Nostri Suppl. v. 508. σφαλερὸν, ἡγεμὼν θρασὺς, νεώς τε ναύτης cum nostro parum apte comparetur, ubi νεὼς idem fere est quod ἐν νηΐ oppositionis causa. Nam in praegresso ἡγεμὼν latet ἐν τῇ γῇ. Qui post ναῦται interpungunt, coniungentes νεὼς λαβέσθε, contra hos recte Musgravius monet, nautas navem non *prehendere*. Simplex λαβέσθε hortantis est, ut λαβοῦ. Nos: *greift an*.

V. 1353. Aldus: λαβέσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε. Scaliger versus explendi causa proponit τ' ἐκλευκαίνετε, approbantibus plerisque. Marklandus monet tantum, legi etiam posse ἐπιλευκαίνετε vel μὲλλευκαίνετε. Si quaeritur, quid legi possit, possit etiam ῥόθια τ' εὖ (*fortiter*) λευκαίνετε. Sed residet difficultas in dativo κώπαις. Vero igitur propius Piersonus:

λαβέσθε, κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνετε.

Sed ita quidem numeris inconcinnis. Nimirum non meminerat ille, litteram ρ antecedentem brevem vocalem in quibusdam vocabulis producere posse, vid. Brunck. ad Soph. Oed. Reg. 847., alias non immutasset vocem κώπαις. Eandem pro-

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

ἔχομεν γὰρ, ὥνπερ οὕνεκ' Εὔξεινον πόρον

---

ducendi vim vox ῥόθια habet apud Apollon. Rhod. lib. I. v. 541.

πόντου λάβρον ὕδωρ, ἐπὶ δὲ ῥόθια κλύζοντο.

Etiam in Homeri Odyss. ε. v. 412. malim βέβρυχε ῥύθιον. In compositione legitime littera ρ duplicatur, ut ἐπίῤῥοθος, παλίῤῥοθος, πολύῤῥοθος, etc. Sed dicat aliquis, ne sic quidem numeros Atticis auribus convenire. Ne fallaris, decem alia exempla adscribam: Hec. v. 1240.

ἀχθεινὰ μέν μοι τἄλλότρια κρίνειν κακά.

Orest. v. 487.

καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν.

ibid. v. 670.

ταύτης ἱκνοῦμαί σ', ὦ μέλεος ἐμῶν κακῶν.

ibid. 1062.

λαβὼν γὰρ ἑλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον.

Hel. 1420.

αὐτὴν μολοῦσαν ἐντάφια δοῦναι νεκρῷ.

Aeschyl. Sept. c. Theb. 1024.

καὶ μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα.

Pers. 330.

αἴσχη τε Πέρσαις καὶ λιγέα κωκύματα.

ibid. 489.

δίψει τε λιμῷ τ', ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε.

Eumen. 107.

χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα.

Eur. Bacch. v. 730.

ἡ δ' ἀνεβόησεν· ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες.

Monendum autem est, solutam istam syllabam plerumque vel solas vocales continere, veluti ια, ιο, εα, εο, vel in medio habere litteram ρ. Conf. Excurs. ad libr. de Verss. Dochm. p. 385. Rari sunt loci, ubi aliter fit, ut Bacch. v. 730. et Aeschyl. Agam. 1278.

V. 1354. Εὔξεινον. Sic Aldus. Barnesius, nescio cur, Ἕξενον.

ἔχομεν γὰρ, ὥνπερ οὕνεκ' Εὔξεινον πόρον

---

ducendi vim vox ῥόθια habet apud Apollon. Rhod. lib. I. v. 541.

πόντου λάβρον ὕδωρ, ἐπὶ δὲ ῥόθια κλύζοντο.

Etiam in Homeri Odyss. ε. v. 412. malim βέβρυχε ῥόθιον. In compositione legitime littera ρ duplicatur, ut ἐπίῤῥοθος, παλίῤῥοθος, πολύῤῥοθος, etc. Sed dicat aliquis, ne sic quidem numeros Atticis auribus convenire. Ne fallaris, decem alia exempla adscribam: Hec. v. 1240.

ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά.

Orest. v. 487.

καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν.

ibid. v. 670.

ταύτης ἐκνοῦμαί σ', ὦ μέλεος ἐμῶν κακῶν.

ibid. 1062.

λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον.

Hel. 1420.

αὐτὴν μολοῦσαν ἐντάφια δοῦναι νεκρῷ.

Aeschyl. Sept. c. Theb. 1024.

καὶ μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα.

Pers. 330.

αἰσχῆ-τε Πέρσαις καὶ λιγέα κωκύματα.

ibid. 489.

δίψει τε λιμῷ τ', ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε.

Eumen. 107.

χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα.

Eur. Bacch. v. 730.

ἡ δ' ἀνεβόησεν· ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες.

Monendum autem est, solutam istam syllabam plerumque vel solas vocales continere, veluti ια, ιο, εα, εο, vel in medio habere litteram ρ. Conf. Excurs. ad libr. de Verss. Dochm. p. 385. Rari sunt loci, ubi aliter fit, ut Bacch. v. 730. et Aeschyl. Agam. 1278.

V. 1354. *Εὔξεινον.* Sic Aldus. Barnesius, nescio cur, *Εὔξενον.*

Συμπληγάδων ἔσωθεν εἰσεπλεύσαμεν.
οἱ δὲ, στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι,
ἔπαισαν ἅλμην. ναῦς δ', ἕως μὲν ἐντὸς ἦν
λιμένος, ἐχώρει· στόμια διαπερῶσα δὲ,

V. 1355. *Συμπληγάδων ἔσωθεν.* Marklandus: „Potuit scripsisse magis ex arte, *Συμπληγάδων τ' ἔσωθεν.* Sed Codd. non variant; neque in *ἔχομεν* et *συνεπλεύσαμεν* [voluit scribere *εἰσεπλεύσαμεν*]: pro quibus secunda persona uti potuit *ἔχετε* et *συνεπλεύσατε.*" Ex arte igitur ista redux ab itinere Marklandus veritus est dicere: *reversus sum Cantabrigiam, domum meam*, sed dixit: *reversus sum Cantabrigiam et domum meam.* Aeque enim Symplegades partem efficiebant ponti Euxini, ut Marklandi domus partem Cantabrigiae. Quod autem poeta non scripsit *ἔχετε* et *εἰσεπλεύσατε*, id sapienter fecit. Ipse enim potius Orestes ad petendam deae statuam huc venerat, eamque iam habebat, quam nautae, ut qui imperio eius parebant. Expectamus igitur non *ἔχετε*, sed *ἔχω*, sive, quod idem valet, *ἔχομεν.*

V. 1357. *ἔπαισαν ἅλμην.* Idem versus initium legimus in Aeschyl. Pers. 397.

ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος.

Atque in universum monendum est, ex ista Aeschylei nuntii oratione plura videri Euripidis memoriae inhaesisse, ut v. 386.

πρῶτον μὲν ἡχοῦ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα
μολπηδὸν εὐφήμησεν.

v. 391.

παιᾶν' ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνες τότε.

v. 399.

καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν
πολλὴν βοήν· ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε,
ἐλευθεροῦτε πατρίδ' etc.

V. 1358. *στόμια.* Typothetae errore in edit. Schaeferi *στόμα.*

λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ', ἠπείγετο·
δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης, νεὼς
ὤθει πάλιν πρυμνήσι'· οἱ δ' ἐκαρτέρουν πρὸς κῦμα λακτίζοντες· εἰς γῆν δ' ἔμπαλιν
κλύδων παλίρρους ἦγε ναῦν. σταθεῖσα δὲ
Ἀγαμέμνονος παῖς εὔξατ'· ὦ Λητοῦς κόρη,
σῶσόν με, τὴν σὴν ἱέριαν, πρὸς Ἑλλάδα
ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ κλοπαῖς σύγ- γνωθ' ἐμαῖς.

V. 1359. *συμπεσοῦσ', ἠπείγετο.* Ita Aldus. Cod. A. *συμπεσου δηπηγετο*, unde fecerat Markland. *συμπεσοῦσ' ἀπήγετο.* Piersonus Veris. p. 27. mavult *ἐπείχετο.* Sed bene Musgravius vertit *iactata, vexata est*, conferens Hom. Odyss. ψ'. v. 234.

νῆ' ἐνὶ πόντῳ
ᾠαίσῃ ἐπειγομένην ἀνέμῳ καὶ κύματι.

Nec video, quid contrarii sit in Apollonii Rhod. L. IV. vv. 225—227. quos affert Piersonus, ubi navis *remis* dicitur *ἐπειγομένη*, i. e. mota, acta. Nam quid interest, sive *vento* illud fiat, sive *remis?*

V. 1361. *πρυμνήσι'.* Ob festinationem, quum remigandi operi cuncti incumbere ab Oreste subito iuberentur, retinacula non videntur in navem retraxisse. Cf. ad v. 1374.

V. 1362. *εἰς γῆν δ' ἔμπαλιν.* Sic coniecit Musgravius. Aldus *εις γην δὲ πάλιν.* Hervag. omittit *εἰς*, quod typothetae vitium pleraeque editiones asservarunt. Codd. Paris. *εις γην δη παλιν*, ut edidit Marklandus. Sed rationem corruptelae invenies ad Gregor. Corinth. p. 762. Schaef. De numerorum quadam duritie hoc quidem loco, maxime quum praecedat interpunctio, noli sollicitus esse. Canterus voluerat *εἰς δὲ γῆν πάλιν*, quod iam in Brubach. poterat reperire.

V. 1365. *ἱέριαν* pro Aldi *ἱερείαν* restituit Barnesius.

φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον, θεά·
φιλεῖν δὲ κἀμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει.
ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης
παιᾶνα, γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας
κώπῃ προσαρμόσαντες ἐκ κελεύσματος.

V. 1370. Libri *γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας*, quod Heathius vertit: *lacertos a manibus nudos*. Voluit, opinor, *lacertos usque a manibus nudos*. Sed ut alia taceam, *ἐπωμὶς* non erat *lacertus*, sed secundum Polluc. II. 133. *κλειδῶν τὸ πρὸς ὠμοπλάτας*, *clavium pars iuxta scapulas*, sive, sect. 137. *τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος*. Idem obiici debet Marklandi coniecturae *γυμνὰς ἐκ πέπλων ἐπωμίδας*. Bene igitur Musgravius: „*ἐπωμὶς* alibi vestimentum muliebre est, alibi pars corporis circa claviculae et scapulae commissuram. Posteriori sensu ab Euripide adhibetur Hec. v. 558. et a Plutarcho in Eumene p. 1071. *περιῤῥηγνύντες ἐκ τῶν ἐπωμίδων τοὺς θώρακας*. Legendum haud dubie *γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας*, *nudas usque ab humeris manus*, quemadmodum et Reiskius legit, quamquam alio sensu." De vestimento *ἐπωμίδος* cogitandum non est, nam *muliebre* illud recte vocat Musgravius. Pollux VII. 49. *καὶ ἴδια δὲ γυναικῶν*, *ἐπωμὶς*, *διπλοΐδιον*, etc. Quare veram puto Musgravii et lectionem et interpretationem. Similes librariorum errores hos mecum communicavit Hermannus. Soph. Oed. R. v. 524. libri habent *οὐ γάρ με μοῖρα πρός γε σοῦ* pro *οὐ γάρ σε μοῖρα πρὸς γ' ἐμοῦ*, Philoct. 376. *θυμῷ γένοιτο χεῖρα* pro *θυμὸν γένοιτο χειρί*, Aeschyl. Suppl. 374. *ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε*, pro quo bene Auratus *ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε*. Cognata etiam est confusio verborum *τορνευτασπιδολιροπηγοὶ* et *τορνευτολιραοπιδοπηγοὶ* in Comici Av. v. 491. vid. Porson. Suppl. Praef. ad Hec. p. LII. Ed. Angl. Restat ut lectionem omnium Codd. Paris. commemorem:

μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ἦει σκάφος·
χὠ μέν τις εἰς θάλασσαν ὡρμήθη ποσὶν,
ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας.

γυμνας ἐκβαλοντες επωμιδας, pro γυμν. ἐκ χερῶν ἐπωμ. Equidem illud ἐκβαλόντες valere puto ἐμβαλόντες, idque explicationis causa adscriptum ad προσαρμόσαντες, deinde iniquo loco in textum admissum.

V. 1374. Aldus ἄλλοι δὲ, πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας. Sed Marklandus: „Secunda in ἀγκύρας longa est. Ἐξανῆπτον ἀγκύρας videtur huc translatum ex versu 1351. — Cod. A. εξανηπτεν. C. αλλος — εξανηπτεν. Lego:

ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας.

Alius vero funes ex nave *suspendebat curvos.*“ Ἀγκύλας Musgravius probat quidem, sed accipit pro substantivo. „Ἀγκύλη, inquit, non est proprie funis, sed laqueus, sive ansa a fune facta, cuius extremitates nodo colligantur: hic significare videtur ambitum funis, quo vela collecta constringuntur. Sensus adeo versus erit: *nautas vela collecta loris constrinxisse:* quod in naufragii discrimine, si quid aliud, necessarium.“ Confert deinde ex Andromach. v. 719. πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξανήσομαι. Facillima sane emendatio est ἀγκύλας, quod tamen neque ego, praesertim sic positum, pro adiectivo acceperim. Quum nuntius finem hic faciat narrandi, non diserte docemur, de quo funium usu sermo sit. Si de velorum contractione poeta cogitasset, valde dubito eum hoc modo fuisse locuturum. Neque usquam in praecedentibus mentio est ulla *velorum*, quae omnino non videntur expansa fuissé, propterea quod statim ab initio adverso verso utebantur. Confirmatur hoc v. 1361. ubi ventus *funes*, non *vela* retro agit. Idcirco probabilius est, eos, qui in mare prosiluerant, navem, quo ab impetu venti tutior esset, laqueis voluisse ad littus retrahere et



καγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην,
σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημάνων, ἄναξ, τύχας.
ἀλλ' ἕρπε, δεσμὰ καὶ βρόχους λαβὼν χεροῖν·
εἰ μὴ γὰρ οἶδμα νήνεμον γενήσεται,
οὐκ ἔστιν ἐλπὶς τοῖς ξένοις σωτηρίας.
πόντου δ' ἀνάκτωρ Ἰλιόν τ' ἐπίσκοπεῖ
σεμνὸς Ποσειδῶν, Πελοπίδαις δ' ἐναν-
τίος·
καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
σοὶ καὶ πολίταις, ὡς ἔοικεν, ἐν χεροῖν,
λαβεῖν τ' ἀδελφὴν, ἢ φόνον τὸν Αὐλίδι

---

religare. Nam cur tandem nisi hanc ob causam in mare se proripuissent? Vertendum igitur erit: *alius vero tortos laqueos* ex nave *suspensos religabat.* Memorabilis tamen est glossa in Lexico Ms. Octateuchi in Bibl. Coisl. p. 464. ἀγκύλας, ὀγκίνους, (i. e. uncinos) εἰς οὓς ἐμβάλλονται οἱ κρίκοι τῆς κώπης, vid. Hesych. s. v. ἀγκύλας, eiusque Interpp. Hac significatione si vocem accipias, legi fortasse possit ἀγκύλαις: *alius vero funes suspendebat ab uncinis scalmi*, quod fortasse faciebant, ut non tantum a puppi, sed etiam a latere navis ad littus alligari posset. Ἐξανάπτειν cum dativo eodem iure construi poterit, quo ἐξάπτειν Iph. Aul. v. 1216. Troad. 1208. et ἀνάπτειν saepe.

V. 1381. *Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.* Falsus est Marklandus pro δ' verius putans τ'. Immo illud aptissime hunc locum tenet, quod simul connectit et opponit. Cf. Matthiae Gramm. Gr. §. 607. p. 893.

V. 1384. *λαβεῖν τ' ἀδελφὴν.* Piersonus Verisi p. 27. corrigit *λάβοντ' ἀδελφὴν*, Musgravius *λαβεῖν, ἀδελφὴν θ'*. Neutro opus. Coniunxit poeta duplicem constructionis rationem verbi *παρέχειν*, alteram cum accusativo simplici, ut Iphig. Aul. v.

ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ' ἁλίσκεται.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον Ἰφιγένεια, συγγόνου μέτα θανεῖ, πάλιν μολοῦσα δεσποτῶν χέρας.

ΘΟΑΣ.

ὦ πάντες ἀστοὶ τῆσδε βαρβάρου χθονὸς, οὐκ, εἶα, πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας, παράκτιοι δραμεῖσθε, κἀκβυλὰς νεὼς Ἑλληνίδος δέξεσθε, σὺν δὲ τῇ θεῷ

---

937. οὐ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας, et alibi saepissime, alteram cum infinitivo, ut Fragm. Inc. LII. 1. παρέξω λέκτρα σοι καλῶς ἔχειν.

Ibid. ἢ φόνον τὸν Αὐλ. — ἁλίσκεται. Marklandus: „Non bene intelligo hunc versum. — Obvium est ἀμνημόνευτος θεᾶς." Nihil mutandum. Ad verbum: quae caedem in Aulide oblivioni datam deae prodidisse deprehenditur, quod intelligo sic: quae suae in Aulide conservationis oblita est, eamque erga deam prodidit, i. e. pensi non duxit, ei convenienter non egit. Dativum θεᾷ ambigi potest utrum coniungas cum ἀμνημόνευτον an cum προδοῦσα. Φόνον τὸν Αὐλίδι, caedem, ut in Aulide erat, i. e. σωτηρίαν. Ita enim Iphigenia in Aulide caedebatur, ut a dea conservaretur.

V. 1387. θανεῖ. Libri θανῇ.

Ibid. πάλιν. „Ita diserte P. et Edd. recentt. non dissentientibus Mss. — Ed. Ald. πόλιν." Musgr. Cf. Schaef. ad Gregor. Corinth. p. 440. not.

V. 1390. κἀκβολὰς νεώς, i. e. ναῦν ἐκβεβλημένην.

V. 1391. Male signum interrogationis ponunt post δέξεσθε, quod si hic recte ponitur, ponendum etiam est versu antecedente post δραμεῖσθε. Recte Aldus utrobique comma habet.



σπεύδοντες ἄνδρας δυσσεβεῖς θηράσετε;
οἱ δ' ὠκυπόμπους ἔλξετ' εἰς πόντον πλάτας;
ὡς ἐκ θαλάσσης, ἔκ τε γῆς ἱππεύμασιν
λαβόντες αὐτούς, ἢ κατὰ στυφλοῦ πέτρας
ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας. 1430
ὑμᾶς δὲ, τὰς τῶνδ' ἵστορας βουλευμάτων
γυναῖκας, αὖθις, ἡνίκ' ἂν σχολὴν λάβω,

Ibid. σὺν δὲ τῇ θεῷ σπεύδοντες. Marklandus: „Et adiuvante dea festinantes. Aliter distingui potest, σὺν δὲ, τῇ θεῷ σπεύδοντες, et verti, simul vero, caussa deae festinantes, i. e. in gratiam deae. Hoc multo potius videtur: nam σὺν τῇ θεᾷ, adiuvante dea, falsum diceret." Cur falsum diceret, non perspicio. Quidni studium illorum dea poterit adiuvare? Ac si hoc displicebat, cur non coniunxit σὺν τῇ θεῷ θηράσετε?

V. 1395. Male Aldus καταστύφλου. Sed iam Brub. κατὰ στύφλου. Sumtum suspicantur Brodaeus et Marklandus ex Aesch. Prom. v. 747. ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στυφλοῦ πέτρας. Posterior confert Bacch. 1432. seqq. Adde Eur. Electr. 898. Barnes.

V. 1396. Post hunc demum versum Aldus interrogandi signum addit, omittens supra v. 1393. post πλάτας, ubi comma habet.

V. 1397. ἵστορας. Ita diserte Aldus. Ceterae editiones, quas novi, omnes ἵστορας. Potior videtur Aldi scriptura, quam sequitur Henr. Stephanus, et quam ubique servatam video in Etymol. M. Eandem libri habent in Soph. Electr. v. 850. ubi tamen Scholiastae ἵστωρ scribunt. Utramque scripturam offendimus apud Hesychium, Suidam, Zonaram. Sed constat, quantum in talibus debeatur librariis.

V. 1398. γυναῖκας. „Forte γυναῖκες." Markland. Immo illud exquisitius.

ποινασόμεσθα· νῦν δὲ τὴν προκειμένην
σπουδὴν ἔχοντες οὐ μενοῦμεν ἥσυχοι.

ΑΘΗΝΑ.

ποῖ, ποῖ διωγμὸν τόνδε πορθμεύεις, ἄναξ
Θόας; ἄκουσον τῆσδ' Ἀθηναίας λόγους.
παῦσαι διώκων, ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ·
πεπρωμένοις γὰρ θεσφάτοισι Λοξίου
δεῦρ' ἦλθ' Ὀρέστης, τόν τ' Ἐρεννύων χόλον

V. 1399. τὴν προκειμένην. „Ita Ed. Ald. cum Mss. et P. — Edd. plerique τῶν προκειμένην, unde Barnesius τῶν προκειμένων.“ Musgr. Pro Barnesii lectione citant Sophocl. Antig. 1336. et Rhes. 984. sed utrobique est τῶν προκειμένων τι.

V. 1401. πορθμεύεις διωγμόν, i. e. emittis, qui persequantur.

V. 1402. τῆσδ' Ἀθηναίας λόγους. Marklandus: „Verum puto ἄκουσον τοὐσδ' — λόγους: ut Suppl. 1183. ἄκουε, θησεῦ, τοὐσδ' Ἀθηναίας λόγους.“ Si alter locus ad alterius normam exigendus est, equidem potius in Suppl. legerim τῆσδ'. Nam adiecto τῆσδε significat, ipsam deam praesentem loqui. Noster Electr. 1235. nostr. Ed.

δίπτυχοι δέ σε
καλοῦσι μητρὸς σύγγονοι Διόσκοροι
Κάστωρ πασίγνητός τε Ηολιδεύκης ὅδε.

Orest. 1626.

Φοῖβός σ', ὁ Λητοῦς παῖς, ὅδ' ἐγγὺς ὤν, καλῶ.

Hercul. Fur. 822.

θαρσεῖτε, Νυκτὸς τήνδ' ὁρῶντες ἔκγονον
Λύσσαν.

Cf. Schaef. Melet. Crit. p. 114.

V. 1405. τόν τ'. Vulgo τῶν τ'. Sed verum videtur, quod Marklandus monet, legendum videri τόν τ', non τῶν τ', quia Ἐρεννύες, utpote nomen proprium, ponantur absque articulo per totum hoc drama.

φεύγων, ἀδελφῆς τ' Ἄργος εἰσπέμψων 1440
θέμας,
ἅγαλμά θ' ἱερὸν εἰς ἐμὴν ἅξων χθόνα,
τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἀναψυχάς.
πρὸς μὲν σ' ὅδ' ἡμῖν μῦθος· ὃν δ' ἀπο-
κτενεῖν
δοκεῖς Ὀρέστην, πεντίφ λαβὼν σάλῳ,
ἤδη Ποσειδῶν χάριν ἐμὴν ἀκύμονα
πόντου τίθησι νῶτα πορθμεύων πλάτῃ. 1445
μαθὼν δ', Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπισ ολὰς,
κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν, θεᾶς,

V. 1408. „Hunc versum hactenus in Editis desideratum exhibent uterque Mss. et P," Musgr. Comparat Marklandus Hippol. v. 665. *τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον*. De accusativo isto vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 432. 4. p. 597.

V. 1409. *μὲν σ'*. Ita recte Schaeferus. Male Aldus pronomen inclinat *μέν σ'*.

V. 1412. Post *τίθησι* omisi comma, quod Aldus habet. Recte construunt Barnesius et Reiskius, *(τοῦτον) πορθμεύων πλάτῃ Ποσειδῶν πόντου νῶτα τίθησι ἀκύμονα*. Clarius locutus esset poeta, si scripsisset *(τοῦτον) Ποσειδῶν, πόντου νῶτα ἀκύμονα τιθεὶς, πορθμεύει πλάτῃ*. Sed ponitur interdum primarium verbum in participio, ut Soph. Electr. 345. *ἑλοῦ γε θάτερ', ἢ φρονεῖν κακῶς, ἢ τῶν φίλων φρονοῦσα μὴ μνήμην ἔχειν*, i. e. *ἢ τῶν φίλων μὴ μνήμην ἔχουσα (εὖ) φρονεῖν*. Coll. Hom. Iliad. β. v. 291. Musgravius: „Tyrwhitto placet *πορθμεύειν*. Porro dubium mihi erat, in Ms. E. utrum *πλάτην* scriberetur, an *πλάτῃ*."

V. 1414. *κλύεις — θεᾶς*. Marklandus: „Hic locus ita distingui debet:

(κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ οὐ παρὼν) θεᾶς
χώρει λαβὼν ἄγαλμα etc.

χώρει λαβὼν ἄγαλμα, σύγγονόν τε σήν.
ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,
χῶρός τίς ἐστιν Ἀτθίδος πρὸς ἐσχάτοις ὄρουσι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
ἱερὸς, Ἄλας νιν δῦμος ὀνομάζει λεώς·
ἐνταῦθα, τεύξας ναὸν, ἵδρυσαι βρέτας,

Θεᾶς ἄγαλμα coniungenda sunt, ut v. 1480. et passim. Plautus videri potest egisse interpretem huius parentheseos, Amphitryon. III. 3. *audis quae dico, tametsi praesens non ades.* Iupiter Mercurium alloquitur." Hoc ad argutias Marklandi referendum est. In Plauto tali adiectioni non erat locus. Sed hic additum Θεᾶς causam continet, cur audiat Orestes, *audis enim meam, utpote deae, vocem, quamquam absens.* Ad ἄγαλμα genitivus Θεᾶς facile intelligitur; ut supra v. 970. ἄγαλμά τ' οἴσεις.

V. 1418. γείτων, i. e. *ex adverso situs.* Mare enim in medio est.

V. 1419. „Ἄλας. Pagi huius meminit, ut et Dianae simulacri eo translati, Callimach. Hymn. Dian. v. 173. vid. et Strabon. p. 399. A. "Ἄλησι παρὰ τὴν θάλασσαν habet Plutarch. Anton. p. 1736. Ed. Steph." Musgr. Etiam Pausan. Boeot. XXIV. 5. aliique. Scripsi cum aspero spiritu, quamquam editt. recentiores inde a Barnesio lenem habeant, et alibi quoque scriptura variet, vid. Schweigh. ad Athen. Animadv. part. IV. p. 473. Meursius de Popul. Attic. v. Ἅλαι, et Grammatici vett. sub v. In antiquis nostri poetae editt. omnibus spiritus plane abest. Tanto maiori iure sequi potui Steph. Byz. qui diserte monet, δασύνεται δὲ τὸ Ἅλαι, ὡς καὶ ἐν τῷ δράματι Μενάνδρου.

V. 1420. τεύξας. Ita Piersonus, coll. Hom. Hym. in Apoll. v. 80. τεύξειν περικαλλέα ναόν, et saepius. Addit Markl. Hom. Odyss. XII. v. 346. Pindar. Pyth. VII. Lycophron. v. 1128. Auctor. Rhesi v. 959. Aldus τάξας.

ἐπώνυμον γῆς Ταυρικῆς, πόνων τε σῶν,
οὓς ἐξεμόχθεις, περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα,
οἴστροις Ἐριννύων· Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ
τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν·
νόμον τε θέσθαι τόνδ', ὅθ' ἑορτάζῃ λεὼς,
τῆς σῆς σφαγῆς ἄποινα, ἐπισχέτω ξίφος
δέρῃ πρὸς ἀνδρὸς, αἷμά τ' ἐξανιέτω
ὁσίας ἕκατι θεᾶς, ὅπως τιμὰς ἔχῃ.

V. 1421. *γῆς Ταυρικῆς.* Sic Hermannus. Vulgo *τῆς Ταυρικῆς*, quod vertunt *Tauricae Dianae.* Cf. Bast. Epistol. Crit. p. 77.

V. 1422. *ἐξεμόχθεις.* Cod. A. *ἐξεμοχθῆς.* — *περιπολῶν.* Consulto hoc vocabulo utitur. Alludit enim ad ultimas syllabas vocis *Ταυροπόλος.* Hic enim *ἐπωνυμία* laborum Orestis quaerenda est. Conf. tamen de vocis etymologia Viros doctos, quos citat Lobeck. ad Soph. Aiac. 175.

V. 1423. *νιν*, i. e. *βρέτας.*

V. 1425. *θέσθαι.* Ita Cod. A. — Aldus *θέσθε.* Proxime Codd. B. C. *ὅταν* pro *ὅθ'*, unde colligas, Euripidem dedisse:

νόμον τε θὲς τόνδ', ὅταν ἑορτάζῃ λεώς,

ut paulo ante *ἵδρυσαι.* Sed potest etiam *ἑορτάζῃ* trisyllabum esse, ut contrahuntur litterae *εο* in voce *Νεοπτόλεμος*, *θεός*, aliis. cf. Pors. ad Eur. Orest. v. 393. et de Verss. Doehm. p. 392. seq. Certe non scribendum est cum Marklando *ὅθ' ἑορτάζει.* Vid. Hermann. ad Viger. de constructione partículae *ὅτε* cum coniunctivo.

V. 1427. *ἐξανιέτω.* Ita post Heathium Musgravius, probante Porsono ad Eur. Phoeniss. v. 463. Ald. *ἐξανυέτω*, et paulo ante *δέρῃ.*

V. 1428. *ὁσίας ἕκατι.* „Defungendae religionis caussa, dicis caussa. Locutionem et mentem poetae explicat Harpocrat. v. *ἀφοσιῶ.* Exemplum rei

σὲ δ' ἀμφὶ σεμνὰς, Ἰφιγένεια, κλίμακας
1430 Βραυρωνίας δεῖ τῆσδε κληδουχεῖν θεᾶς·

---

habes apud Herod. libr. IV. 154. vid. et Sophocl. Antig. 262. 786. et Gronovii Observatt. libr. IV. c. 13. ad fin." MARKLAND. Bene. Cf. etiam Pausan. III. c. 16. Quod autem coniicit ὁσίας ἕκατι, θεά δ' ὅπως τιμὰς ἔχῃ, id neutiquam necessarium est.

V. 1429. κλίμακας. Piersonus, teste Valcken. ad Hippol. v. 73. voluerat λείμακας, Musgravius, postquam proposuit κλώμακας, coll. Lycophr. v. 853. Hom. Il. β'. v. 729. ibique Schol. addit: „Nec tamen spernendum κλίμακας, quo nomine plures montes ob difficilem adscensum vocatos notat Wesseling. ad Diod. Sic. lib. XIX. c. 21." Recte. Ab emendatione κλώμακας dehortari potius eum debebat, quem citat, Homeri Scholiastes: κλωμακόεσσαν, τραχεῖαν, ὀρεινὴν, ἢ κλίματα, ἀποκλίματα, κλώμακας, κλίμακας, βουνοὺς χεωλόφους ἔχουσαν. Hesychius v. Διακρεῖς: καὶ ἡ χώρα, Διακρία, ἡ ἀπὸ Πάρνηθος εἰς Βραυρῶνα.

V. 1430. Βραυρωνίας. „Ita P. et Edd. recent. non dissentientibus Mss. — Ed. Ald. Βαυρωνίας." MUSGR. Vid. Interpp. ad Hesychii locum modo laudatum. Ceterum hic et in sequentibus nihil nisi tenebras et lacunas videt Marklandus, a quo prorsus dissentio. Versum huncce observandum putat propter constructionem et propter raritatem verbi κληδουχεῖν. Primum enim exspectaverat dativum τῇδε θεᾷ ad verbum κληδουχεῖν, non τῆσδε θεᾶς. Assentitur Musgravius. Quidni construatur ἀμφὶ κλίμακας τῆσδε Βραυρωνίας θεᾶς? Erat enim hoc Deae nomen. Pausan. I. 23. 8. καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα· τῇ θεῷ δ' ἔστιν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα· καὶ τὸ ἀρχαῖον ξόανόν ἐστιν ἐν Βραυρῶνι, Ἄρτεμις, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική. Citat

οὗ καὶ τεθάψει κατθανοῦσα, καὶ πέπλων
ἄγαλμά σοι θήσουσιν, εὐπήνους ὑφὰς, 1465
ἃς ἂν γυναῖκες, ἐν τόκοις ψυχορῥαγεῖς,
λείπωσ' ἐν οἴκοις. τάσδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι,

---

hunc locum Brodaeus, coll. inferius cap. 33. 1. Regionem autem deae propriam habitam esse, ipsum epithetum σεμνὰς indicat. Pergit Marklandus, permulta nomina in οὔχος desinentia nullum habere verbum cognatum, ut κεροῦχος, στεφανοῦχος, σκηπτοῦχος etc. et inter haec referendum videri πλῃδοῦχος. Satis mira ratiocinatio. Cur hanc potissimum vocem iure, quo fruuntur δᾳδοῦχος, λαμπαδοῦχος, κληροῦχος, aliae, ut verbum cognatum formenţ, exemtam vult? Scilicet ob hanc causam, quod deesse putabat aliquid, in quo commemoraretur, quod ad reliquam Iphigeniae vitam spectaret; sequi enim de *morte* eius, *sepultura* et *honoribus* post mortem. Legi igitur et suppleri sic posse:

τῇδε κληδοῦχον θεᾶς
[οἰκεῖν, ὅπου σε βίοτος εὐδαίμων μένει·]
οὗ καὶ τεθάψῃ.

Quasi non sufficiat, scire, Iphigeniam ibi fore sacerdotem. Profecto vir doctissimus hic dormitavit.

V. 1431. Vulgo τεθάψῃ. — De Iphigeniae morte diversa tradit Pausan. I. 43. 1.

V. 1432. De divino honore, quo post mortem Iphigeniam prosecuti sunt, vid. Barnes. ad Iphig. Aul. v. 1608. coll. Pausan. lib. VII. 26. 3. Quinimo cum ipsa Diana antiquitus videtur esse confusa. Pausan. II. 35. 2. καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερὸν, coll. Herodot. Melpom. sect. 105. ad quem locum respicit Pausanias lib. I. 43. 1.

γνώμης δικαίας οὕνεκ', ἐκσώσασά σε
καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψῆφους ἴσας
κρίνασ', Ὀρέστα, καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε,
νικᾶν, ἰσήρεις ὅστις ἂν ψήφους λάβῃ.
ἀλλ' ἐκκομίζου σὴν κασίγνητον χθονός,
Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ σὺ μὴ θυμοῦ, Θόας.

ΘΟΑΣ.

ἄναασ' Ἀθάνα, τοῖσι τῶν θεῶν λόγοις

V. 1436. *ἐκσώσασά σε.* Hoc loco paulo speciosius interpretes quidam lacunam sumserunt, quod haec non tam ad Orestem, quam ad Thoantem dicta esse debuerint: verum ultimo isto refugio ne hic quidem opus. Dicta quidem sunt ad Orestem, sed ita tamen, ut Thoas audiret, ideoque quae ad se pertinerent, simul sumere inde sibi posset. Ad illud *ἐξεφίεμαι* igitur intellige *ei, cui hoc mandandum est*, i. e. Thoanti. Plane autem assentior Musgravio, qui Canterum *omnino male* correxisse affirmat *ἐξέσωσά σε* pro *ἐκσώσασά σε*, quamquam ita citet Aristoph. Schol. ad Ran. v. 697. Verte locum sic: *Hasce vero Graecas mulieres dimitti iubeo, bonae eorum voluntatis causa, cum te prius quoque, calculis aequalibus in Areopago iudicatum, Oresta, servarim, et quidem* (scil. dimitti eas iubeo) *ad illam ipsam regulam, ut vincat, qui pares calculos nactus sit.* Quum Orestem servaret Minerva, lata lege, ut vincat, qui aequales calculos habeat, urnae suum calculum addidit. Numerati calculi fuere aequales atque ita iudicio liberatus Orestes. In hac nostra causa pariter aequalia sunt suffragia, in utramque partem unum, damnans Thoantis, (cf. supra v. 1398.) absolvens Minervae. — Ceterum Cod. A. *σὺ τἀυτο με.*



ὅστις κλύων ἄπιστος, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.
ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ', εἰ φέρων βρέτας θεᾶς
βέβηκ', ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι· τί γὰρ
πρὸς τοὺς σθένοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι καλόν;
ἴτωσαν εἰς σὴν σὺν θεᾶς ἀγάλματι γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας.
πέμψω δὲ καὶ τάσδ' Ἑλλάδ' εἰς εὐδαίμονα γυναῖκας, ὥςπερ σὸν κέλευσμ' ἐφίεται.
παύσω δὲ λόγχην, ἣν ἐπαίρομαι ξένοις, νηῶν τ' ἐρετμά· σοὶ τάδ' ὡς δοκεῖ, θεά.

ΑΘΗΝΑ.

αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε καὶ θεῶν κρατεῖ.
ἴτ', ὦ πνοαὶ, ναυσθλοῦσθε τἀγαμέμνονος

V. 1443. ἄπιστος. Reiskius ἄπειστος. Non opus videtur. Active enim vox accipi potest. Vid. Porson. ad Hec. 1125.

V. 1444. τ', εἰ. Stiblin. in margine: „Alii κ' εἰ." Male. Εἰ hic valet ὅτι.

V. 1452. θεά. Ita Aldus. Marklandus: „C. θεᾷ casu tertio, quod defendi potest: licet verius existimem θεά. Vid. ad v. 1233."

V. 1453. „Huic versui praefigitur Ἀθη. persona in Cod. B. Recte." Markl. Aldus proximo demum versui Ἀθη. praefixum habet, et quod mireris, idem iterum versui 1457. licet alia persona non intercesserit. Vid. ad v. seq.

V. 1454. „Huic iambo ἴτ', ὦ πνοαὶ etc. praefigitur ἀπολ. seu persona *Apollinis* in B. C. Non recte, opinor: quia in veterum Tragoediis duo dii ἐκ μηχανῆς nunquam, quod scio, adhibentur. Nam Castor et Pollux, qui apparent in Catastrophe *Helenae* et *Electrae* Nostri, pro *uno* tantum Nu-

παῖδ' εἰς Ἀθήνας· συμπορεύσομαι δ' ἐγὼ,
σώζουσ' ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς σεμνὸν βρέτας.

ΧΟΡΟΣ.

ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ, τῆς σωζομένης

---

mine habendi sunt. Nescivit interpolator, Minervam fuisse sororem (ὁμοπάτριον) Dianae: Soph. Oed. Tyr. 166, Noster Ion. 467. Unde putavit *Apollinem* necessarium esse, propter ista, *ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς*, v. 1499." Markl. Recte etiam Musgravius monet, haec Apollini abiudicare participium femininum *σώζουσα*.

Ibid. *ναυσθλοῦσθε τἀγαμέμνονος*. Aldus: *ναυσθλοῦσαι τὸν Ἀγαμέμνονος*. Marklandus: „Legendum *τῷ Ἀγαμέμνονος παῖδ'*, i. e. *παῖδε*. Uterque enim debebat Athenas proficisci. Sed *τὸν παῖδα* denotaret Orestem *solum*. *Ναυσθλοῦσθε*, quae erat Scaligeri coniectura, firmatur ab A. et C." Quod prius attinet, leviori mutatione scripsi *τἀγαμέμνονος*. *Τὸν* enim in Mss. scribitur *τ'*. Pro *ναυσθλοῦσθε* vero Musgravius Canteri coniecturam *ναυσθλοῦντε* adoptavit, haud dubie, quod *ναυσθλοῦσθαι* non idem esse putavit quod *ναυσθλοῦν*. Vid. tamen Erfurdt. ad Soph. Trach. v. 103.

V. 1455. *συμπορεύσομαι*. Typothetae vitio Marklandus *συμπορεύομαι*.

V. 1457. Anapaestos omnes choro tribuendos putavimus. Minervae voto pro felici illorum reditu chorus statim adiunxit suum; deinde se ad ipsam Minervam convertit, ita ut illud *ἀλλὰ* fere significet *quod ad te attinet*. Vulgo Minervae oratio pertinet usque ad v. 1458. *ὄντες*. Recte autem Marklandus coniungit *ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ*, i. e. *ἴτε εὐτυχεῖς, εὐτυχῶς, ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ*, coll. Iphig. Aul. 1503., et *εὐδαίμονες τῆς σωζ. μοίρας*, i. e. *ἕνεκα τῆς μοίρας*. *Σωζομένης* equidem non



μοίρας εὐδαίμονες ὄντες.
ἀλλ', ὦ σεμνὴ παρά τ' ἀθανάτοις
καὶ παρὰ θνητοῖς, Παλλὰς Ἀθάνα,
δράσομεν οὕτως, ὡς σὺ κελεύεις.
μάλα γὰρ τερπνὸν κἀνέλπιστον
φήμην ἀκοαῖσι δέδεγμαι.
ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις,
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

---

reddo per *σωζούσης*, sed explico *felices ob servatam* vitae vestrae *sortem*, i. e. felices ob sortem, qua servamini. Musgravii lib. P. *εὐδαίμονος*.

V. 1464. „Precatio poetae pro bono successu dramatis sui, ut in Oreste et Phoenissis, ubi scribitur *Νίκα*, quod praetulerim." Markland. Sed tum scribendum etiam est *σεμνά*, ut Porsonus iam etiam in Oreste fecit. Lucianus Tom. III. 158. Bip. habet *σεμνὴ Νίκη*.

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM